Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/ordinariumjuxtas00cath

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

ORDINARIUM

JUXTA RITUM

SACRI ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM

JUSSU

Rev.mi Patris Fr. LUDOVICI THEISSLING

EIUSDEM ORDINIS MAGISTRI GENERALIS

EDITUM

ROMAE
APUD COLLEGIUM ANGELICUM
Via S. Vitalis, 15

Roma 1921 — Società Tipografica A. Manuzio, Via Piave, 29.

APPROBATIO.

Nos, Frater Ludovicus Theissling, Sacrae Theologiae Professor ac totius Ordinis Fratrum Praedicatorum humilis Magister Generalis et Servus.

Cum juxta praescriptiones Sacrae Rituum Congregationis debeamus quasdam mutationes in nostro Calendario et Psalterio introducere, perutile duximus eidem S. Congregationi simul cum Calendario et Psalterio etiam Ordinarium nostri Ritus praesentare secundum Prototypum quem nobis reliquit Ven. Humbertus, Quintus Magister Generalis Ordinis, et Sancta Sedes jam ab anno 1267 approbavit, ut, antiquitate nostri ritus bene perspecta, nova cum veteribus, quoad fieri possit, componantur. Quapropter hanc editionem, Codici Prototypo in nostro Archivo asservato omnino conformem, tenore praesentium et auctoritate Nostri Officii approbamus et, ut typis cudatur, jubemus.

In quorum fidem, etc.

Datum Romae, in Collegio nostro Angelico, die 2 Junii 1921.

fr. LUD. THESSLING O. P.
Mag. Gen.

Reg. II, pag. 45.

Fr. Hyacinthus Leca
Mag. Prov.lis Daciae et Socius.

IMPRIMATUR:

Fr. Albertus Lepidi, O. P., *S. P. Ap. Magister.*

IMPRIMATUR:

† Josephus Palica, Archiep. Philippen., *Vicesgerens.*

PRAEFATIO

Denuo post plura saecula et a rerum liturgicarum studiosis valde desideratum, Rev.mo Patre Magistro Generali Ordinis jubente, in lucem prodit Ordinarium Liturgiae Sacri Ordinis Fratrum Praedicatorum.

Textum fideliter transcripsimus ex Codice Prototypo ipsius Liturgiae, qui Romae in Ordinis Archivo quam religiosissime asservatur.

Codex iste magnae molis, 997 foliis (cent. 48 × 32) membranaceis constans, saeculi XIII charactere minuto, sed valde nitido elegantique exaratus est.

In primo folio affert quadratum, eleganti manu pictum, in quo tituli omnes librorum, quos codex ipse complectitur, descripti sunt. In quatuor angulis hujus quadrati quatuor sunt figurae: in duobus superioribus hinc B. Virgo, inde Angelus Gabriel, fasciola aliqua inter se conjuncti, in qua prima pars Salutationis Angelicae legitur; in duobus inferioribus "hinc et inde duo Ordinis sodales in habitu ea aetate consueto, caputio nempe acuminato ad instar fere Carthusianorum, scapulare habente assutum, manicis tunicae ad pugnum strictioribus, cappa nigri naturalis, seu tannei, ad caputium ejusdem coloris assuta, ut exemplum certum esset omnibus sequendum „ (1). Inter ipsas quatuor figuras in quadrato legitur: *Ecclesiasticum Officium secundum Ordinem Fratrum Praedicatorum in hoc volumine per quatuordecim libros distinctum hoc ordine continetur.* In medio autem ipsius quadrati, horum librorum tituli sic leguntur:

Ordinarium.	*Antiphonarium.*
Martyrologium.	*Graduale.*
Collectarium.	*Pulpitarium.*
Processionarium.	*Missale conventuale.*
Psalterium.	*Epistolarium.*
Breviarium.	*Evangelistarium.*
Lectionarium.	*Missale minorum altarium.*

---

(1) Cf. Quetif et Echard. *Scriptores O. P.* Edit. A. D. 1719, Tom. 1., pag. 144.

Magnae utilitatis esset pro historia liturgiae nostrae descriptio minuta et particularis librorum quibus Codex constat, sed limites hujus praefationis nobis praefixi hoc non consentiunt; ceterum spes nobis arridet decursu temporis, adjuvante Deo, eam descriptionem cum historia completa et commentario Fratribus nostris offerre. Impraesentiarum nostra maxime refert aliqua circa tempus quo Codex exaratus fuit, ejusque in re liturgica auctoritatem tangere.

* * *

Quandonam Codex iste exaratus fuit?

Si unumquemque istius Codicis librum attente examinamus, et ad ordinationes, confirmationes monitionesque Capitulorum Generalium Ordinis ab anno 1244 ad annum 1262 nos referimus, sententiam illorum, qui absolute Codicem anno 1254 finitum esse asserunt, admittere nullatenus possumus (1); neque libros Codicis, eo ordine, quo in ipso Çodice descripti inveniuntur, exaratos esse credendum est. *Breviarium*, ex. gr., videtur esse primus liber, quamvis ordine sextus sit, cum in ipso Officium festi B. Petri Martyris in margine inveniatur scriptum (2), dum in aliis libris semper legitur in textu.

Omnes libros, universam Fratrum Praedicatorum liturgiam continentes, anno 1256 completos esse certum constat; nam nova istius liturgiae correctio, Ven. Humberto De Romanis, Quinto Ordinis Supremo Moderatori, a Capitulo Generali anno 1254 commissa, definitive approbata a Capitulo Generali anno 1256, vim legis apud nos obtinuit (3); et ipsemet Ven. Humbertus in suis litteris ency-

---

(1) Qui codicem absolutum esse anno 1254 asserunt, libro Martyrologii ejusdem Codicis nituntur, ubi, loquendo de " arte inveniendi qualiter sit pronuntianda luna qualibet die „ inter alia sic legitur: *Si autem scire volueris in quocumque die anni quota pronuntianda sit luna, vide quotus sit cyclus. Si est unus vel primus, ut in anno praesenti....* et hic in margine eodem charactere scriptum invenitur: MCCLIIII. Sed ex hoc juste conjici videtur librum Martyrologii tantum scriptum esse hoc anno, non autem totum Codicem.

(2) Cf. Acta Cap. Gen. 1254 et 1256 Edit. Reichert.

(3) Ita paucis verbis Ven. Humbertus in suo opere cui titulus " Expositio super Constitutiones „ breviter varias vicissitudines tangit, per quas denique sub suo magisterio ad liturgicam unitatem et uniformitatem in Ordine Fratrum

clicis, eodem anno 1256 post dictum Capitulum ad totum Ordinem missis, sic enumerat nostros libros liturgicos: *Ut autem scire possitis, utrum totum habeatis officium, noveritis XIIII esse volumina, in quibus multipliciter continetur, videlicet: ordinarium, antiphonarium, lectionarium, psalterium, collectarium, martyrologium, libellum processionale, graduale, missale maioris altaris, evangelistarium eiusdem, epistolarium eiusdem, missale pro minoribus altaribus, pulpitarium et breviarium portatile* (1).

Et nunc quaestio ad nostri Codicis romani auctoritatem determinandam. Codex iste estne primum exemplar ad cujus normam omnes alii libri liturgici corrigendi et conficiendi erant?

Certum est, et ex actis Capitulorum Generalium clare apparet, in Conventu nostro Parisiensi S. Jacobi exemplar liturgicum adfuisse ad quod aliorum Conventuum libri erant transcribendi (2). Pariter Codicem istum romanum fuisse Conventus Parisiensis S. Jacobi usque ad saeculum XVIII nullum dubium (3). Ceterum ex ipsa scriptura manifeste apparet Codicem ad usum choralem non fuisse

---

Praedicatorum ventum est: *Sciendum quod ab initio Ordinis fuit multa varietas in officio, et ideo compilatum fuit unum officium propter uniformitatem habendam ubique. Processu vero temporis commissum fuit quatuor fratribus de quatuor provinciis, ut illud melius ordinarent, quod et fecerunt, et eorum ordinatio confirmata est. Sed quia adhuc erant ibi aliqua corrigenda, facta fuit iterum commissio per tria capitula approbata Magistro Humberto.* Cf. *De vita regulari*, Vol. II, pag. 152. Cf. etiam Acta Cap. Gen. 1244, 1245, 1246, 1247, 1248, 1250, 1252, 1254, 1255, 1256 et Analecta Ordinis Anno XXVI, Fasc. I, pag. 331.

(1) Cf. Reichert *Monumenta O. P Historica*. Tom. V, pag. 42.

(2) Cf. Acta Cap. Gen. 1251, 1256, 1257.

(3) Vicissitudines varias quibus Codex e Conventu Parisiensi Romam pervenit ita breviter exponere possumus: Tempore gallicae perturbationis, codex, cum omnibus aliis rebus Conventus Parisiensis, injuste a gubernio requisitus fuit; sed, a Rev. P. Josepho Faitot, ultimo S. Jacobi Priore, recuperato, in manus Ducis Parmensis Ferdinandi, erga Ordinem et ipsum P. Faitot benevolentissimi, pervenit. Post ejusdem Ducis mortem autem Codicem denuo Parisios rediisse videtur apud bibliopolam Richard, cuius ope et probitate P. Faitot, terroris tempore, ad epistolas et alia mittenda vel recipienda utebatur In folio enim parti interiori teguminis ipsius Codicis adhaerente haec leguntur scripta: *Richard-Libraire rue Hautefeuille, n. 11 à Paris.* Ex bibliopola Richard ad antiquarium Gaillard, eadem via *Hautefeuille* commorantem, Codex transiisse

conscriptum, sed solum ad consultationem et aliorum librorum transcriptionem et correctionem; nam, uti diximus, charactere valde minuto, quamvis nitido, exaratum, ad usum chori deservire non potuisset. Et insuper *Evangelistarium*, ex. gr., incipit in eodem folio, et in eadem columna, qua *Epistolarium* terminat; quod certe usui chorali contrarium est, cum Evangelistarium et Epistolarium debeant esse duo libri reapse distincti.

Ex hoc igitur ipsum Codicem romanum auctoritatem legitimam in re liturgica pro toto Ordine Praedicatorum habere certe conjici potest; quamvis nos non lateat de istius Codicis aliquo libro particulari prudenter dubitandum fore, an sit vere primum exemplar, ut postea, specialiter de Ordinario loquendo, dicemus.

Alia exemplaria decursu temporis conscripta fuere, uti illud quod invenitur Londini in Museo Britannico (1), et aliud Salmanticae in Conventu nostro S. Stephani Protomartyris (2); quamvis ista exemplaria aliquo careant libro: nam in exemplari Londinensi Breviarium et Missale minorum altarium desiderantur; in exemplari vero Salmanticensi quatuor tantum sunt libri, Antiphonarium nempe, Graduale, Pulpitarium et Processionale. Echard putat antiqua exemplaria etiam Tolosae, Bononiae et alibi olim extitisse (3).

* * *

Nunc ad aliqua de *Ordinario* a nobis edito dicenda deveniendum est.

---


videtur. Anno autem 1841 Rev.mus Pater Fr. Angelus Ancarani, Ordinis Generalis Magister, de hujus pretiosi Codicis existentia apud antiquarium Gaillard certior factus, ipsum Codicem Ordini definitive acquisivit. Et ex tunc Codex Romae in Archivo Ordinis fidelissime asservatur. (Cf. Chapotin: *Le dernier Prieur du dernier Couvent,* cap. XXI, — Cassito: *Ordinario delle sacre cerimonie*, etc. Napoli 1805. Prefazione, pag. X. — Documenta varia in Archivo Ordinis et in Archivo Monasterii SS. Dominici et Xisti de Urbe).

(1) Folio secundo Codicis Londinensis sic legitur: *Iste liber factus est pro magistro ordinis quicumque fuerit pro tempore ut quicumque dubitaverint in aliquo de officio possint per eum rectificari.* (Cf. *Tracts on the Mass Henry Bradshaw Society.* 1904, pag. XXI).

(2) Cf. Analecta O. P. Anno XXIX, Fasc. I, pag. 28.

(3) Quetif et Echard. *Scriptores O. P.*, Tom. I, pag. 143.

Ordinarium, ab ordine dictum, quia omnium, quae ad cultum divinum pertinent, dicendorum et agendorum ordinem et rationem generalem et specialem continet, ex Codice Prototypo romano quam fidelissime transcripsimus.



Primus ordine est liber in ipso Codice, et 24 foliis, tribus pro unoquoque folio columnis (cent. 36 $\times$ 07) constat.

An istud exemplar Ordinarii Codicis romani primum sit sub Ven. Humberti directione exaratum, prudenter dubitandum innuimus. Nam omnes libri liturgici, uti jam vidimus, definitive, in Capitulo Generali anno 1256 approbati fuere. Sed in Actis Capituli Generalis anno 1259 celebrati sic legimus: " *In ordinario de modo recipiendi ad beneficia in tenore literarum de beneficiis. que ibi inseruntur in fine ubi dicitur et tantum pro vobis fiat. quantum pro uno fratre defuncto. communiter in nostro ordine fieri consuevit. deleatur hoc totum. et dicatur sic. et misse et oraciones per totum ordinem iniungantur pro vobis. sicut pro fratribus nostris defunctis fieri consuevit. Et hoc fit quia magister ordinis reputat illam falsam* „ (1).

Jam vero in Codice romano legimus dictionem correctam, non quidem in margine, tunc enim esset correctio posterior, sed in ipso

(1) Edit. Reichert *Monumenta hist.* Tom. III, pag. 98.

textu. Ergo Ordinarium, prout jacet in dicto Codice, exaratum fuit post Capitulum Generale anni 1259, ante tamen Capitulum Generale anni 1262, cum in isto Capitulo habeatur inchoatio, per duo Capitula sequentia consecutiva confirmata, in qua mutatur aliquantulum rubrica Feriae quintae in Coena Domini (1), quae rubrica non est in Codice ipso mutata.

Existitne igitur, aut saltem extitit, aliud Ordinarii exemplar anterius illo, quod in Codice romano legimus? Dubium istud primum nobis occurrit quoad Codicem londinensem. Sed, collatione facta, in hoc puncto nulla diversitas comperta est, quamvis aliquae parvi momenti variationes passim inveniantur in utroque Codice (2).

Ratio tamen dubitandi adhuc manet, si attendamus ad ordinationes Capitulorum Generalium ab anno 1256 ad annum 1261 celebratorum. Nam, cum juxta eas novi libri exscribendi, aut saltem veteres corrigendi erant juxta opus a Ven. Patre Humberto confectum et a Capitulo generali anni 1256 approbatum, consequens erat ut saltem in principaliori Conventu uniuscuiusque Provinciae exemplar haberetur ad illud humbertinum fideliter transcriptum. Ex quo forte contigit ut ille prior textus humbertinus, in quibusdam saltem locis, ut ex. gr. in capitulo " de modo recipiendi ad beneficia Ordinis " ad nos usque invariatus perveniret, sicque typis reproduceretur in quatuor editionibus, quas ad manus habere potuimus. At quidquid sit de veteribus Codicibus nostro Ordinario anterioribus, certum est maximam esse ejus auctoritatem in nostra liturgia, cum sub sapienti directione et vigilantia Ven. Humberti excussum sit (3), et a Clemente IV una cum omnibus aliis tredecim libris auctoritate apostolica die 7 Julii 1267 confirmatum (4).

---

(1) Idem, pag. 115, 118, 122.

(2) Variationes principaliores inter utrumque Codicem ad has reducuntur: In Codice Londinensi desiderantur multi tituli, qui inveniuntur in Codice Romano; in Codice Londinensi saepe eadem verba aliter quam in Codice Romano disponuntur; in initiis antiphonarum, responsoriorum, orationum, etc., saepe Codex Londinensis plura verba refert quam Codex Romanus; nunquam denique in Codice Londinensi verba in margine scripta inveniuntur, sicut in Romano.

(3) Ven. Humbertus cessit supremo Ordinis Magisterio anno 1263. (Cf. Reichert. *Monumenta Hist.* Tomo III, pag. 121).

(4) Bulla " *Consurgit in nobis* " 7 Julii 1267 — apud Bullar. Ord. Praed., tom. I, pag. 486.

Fuitne, tempore transacto, istud Ordinarium publici juris factum integraliter, prout jacet in Codice tum romano tum londinensi? Plures, ut innuimus, vulgatae sunt typis hujus Ordinarii editiones (1), sed, in quantum scimus, nulla istarum refert integraliter textum Codicis, cum mutationes vel additiones, a Capitulis Generalibus, aut a Sancta Sede decursu temporis Fratrum Praedicatorum ritui allatae, semper in ipsis insertae inveniantur (2). Et ideo editionem, quam nunc tradimus, primam esse, quae Ven. Humberti textum integraliter refert, nos putamus.

Nunc aliquid dicendum de methodo, qua in ista editione curanda usi sumus.

Ad orthographiam et interpunctionem quod attinet, ut lectio textus omnibus facilior evaderet, hodierno modo scribendi usi sumus, et verba, quae in Codice abbreviata legimus, integre transcripsimus.

Textum per numerationem, quae in Codice nullatenus invenitur, per lineolas et characterum varietates discrevimus, ut editio clarior fieret.

Semper initium columnae manuscripti fideliter indicavimus; et verba aliqua, quae in Codice, eodem tamen charactere, in margine scripta inveniuntur, nos in ipso textu suo loco intra signum [ ] inseruimus.

---

(1) Hae sunt principaliores editiones, quas prae manibus habere potuimus: Mediolani, 1520, per Joannem Castelionem civem Mediolanen. — Romae, 1558, apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem, jussu et auctoritate Rev.mi P. Fr. Vincentii Justiniani Mag. Gen. Ord. Praed. — Venetiis, 1582, apud Juntas, jussu et auctoritate Rev.mi P. Fr. Seraphini Cavalli Mag. Gen. O. P., cura Ven. P. Fr. Joannis de Palentia, coenobii S Stephani Salmanticae ejusd. Ord. — Neapoli, 1805, presso Domenico Sangiacomo, cura P. Mag. Fr. A. Vincentii Cassito.

(2) In istis editionibus regulariter Ordinarium dividitur in duas partes distinctas: In prima omnia habentur quae respiciunt Officium divinum; in secunda autem omnia celebrationem Missae respicientia, etiam coeremoniae propriae pro Missa conventuali, quae, in Codice, in Missali leguntur.

* * *

Ut autem in hoc volumine omnia majoris momenti nostrum ritum respicientia habeantur, aliqua ex aliis Codicis romani libris excerpta in Appendice adjecimus: ex Martyrologio nempe, ex Missali conventuali, ex Missali minorum Altarium et ex Collectario.

Ex *Martyrologio* rubricas fideliter transcripsimus de modo legendi ipsum Martyrologium et de modo conficiendi et cantandi officiorum chori tabulam pro toto anni tempore.

Ex *Missali conventuali* et ex *Missali minorum Altarium* coeremonias tum pro Missa solemni et sacra Communione praescriptas, tum pro Missis privatis determinatas fidelissime excerpimus. Rubricae autem propriae pro utraque Missa in Codice inveniuntur quidem in respectivo Missali; sed hic transcribendae non erant, cum jam per extensum etiam in Ordinario legantur.

Ex *Collectario* denique Calendarium Sanctorum integraliter, prout in Codice jacet, reproduximus, ut ejus notitia a rerum nostrarum liturgicarum cultoribus haberi possit.

Aliae quoque coeremoniae et rubricae passim in istis et in aliis Codicis libris inveniuntur, quas, cum minoris momenti sint, vel jam in nostris hodiernis libris liturgicis fere integraliter reproductae, hic afferre supervacaneum duximus.

Ad haec omnia in Appendice contenta transcribenda pariter eadem methodo usi sumus, qua in Ordinario edendo, Calendario tantum excepto, quod cum Codicis orthographia et abbreviationibus fideliter attulimus, ut aliquod ipsius Codicis orthographiae exemplum in hac editione habeatur.

* * *

Et haec sufficiant ad horum notitiam. Liceat tamen hic nobis desiderium et spem exprimere ut inter Ordinis nostri Sodales studium et amor nostrarum liturgicarum et monasticarum antiquitatum jugiter magis magisque foveantur. Sanctissimus Patriarcha Dominicus, cui opus, quodcumque sit, filiali amore, septimi a caelico suo transitu centenarii occasione nacta, quam libenter offerimus, det nobis ut

istae venerandae antiquitates, amice et prudenter praesentis temporis necessitatibus simul consociatae, reflorescant inter nostrates. Ipsae enim " tanti antiquitus valuere et adhuc tanti valent hodie ad aedificationem fidelium et ad confovendas in Fratribus nostris eas animi et cordis virtutes, quibus destitutus Praedicator, licet fortassis doctus ac eloquens, aliud certe non erit, nisi *aes sonans et cymbalum tinniens, vir sterilis, qui non prosperabitur in generatione sua* " (1).

S. Mariae ad Quercum, die 22 Maii 1921.

Fr. Franciscus-M. Guerrini, O. P.

(1) Acta Cap. Gen. Gand. 1871. *Ordinat. pro revis. Constit.*

INCIPIT ORDINARIUM (*)

DE PULSATIONIBUS.

1. — Quando Fratres debent ad Divinum Officium convenire, duo signa fiant. Cum autem una Hora immediate post aliam est dicenda, ad secundam Horam non fiat signum, praeterquam ad Vesperas in Quadragesima, ad quas semper faciendum est signum sive post Nonam immediate, sive Missa mediante dicantur. Ad Laudes vero post Matutinas et ad gratias post comestionem nullo tempore pulsetur. Ad Missam vero semper est faciendum signum, similiter et ad Horam quae dicitur immediate post Missam, nisi quando, dicta Missa post Primam, Tertia continuatur Missae. Tunc enim non est signum pro Tertia faciendum.

DE QUO OFFICIUM SIT AGENDUM.

2. — Notandum quod per totum annum Officium tam diei quam noctis ad Horas faciendum est de Tempore; nisi in festis Sanctorum, et per octavas et in octavis eorum, et nisi in Sabbatis, quando de Beata Virgine agitur in Conventu.

3. — Quando igitur de Tempore fuerit faciendum, omnibus Dominicis extra Tempus Paschale, faciendae sunt novem lectiones in Matutinis. In profestis autem diebus per totum annum fiant tantum tres, nisi in Triduo ante Pascha. Tempus autem Paschale vocatur Missa de vigilia Paschae, et deinceps usque ad primas Vesperas Trinitatis exclusive.

(*) Columna I. in Prototypo.

DE PROSTRATIONIBUS DIMITTENDIS.

4. — In omni Sabbato ante Dominicam prostrationes dimittantur in Nona, praeterquam in Quadragesima. In Vesperis vero Sabbati et deinceps usque ad Completorium Dominicae inclusive, per totum annum nullae fiunt prostrationes ad Horas.

Sic autem de Dominica est agendum.

DE RESPONSORIO IN PRIMIS VESPERIS DOMINICAE.

5. — Omni tempore quando historia dominicalis in sua prima Dominica inchoatur, responsorium dicendum est in primis Vesperis, et ab uno. Quando vero propter aliquod impedimentum Dominica non habet primas Vesperas, vel historia dominicalis non cantatur in Dominica in qua primo debuit inchoari, responsorium in Vesperis de cetero non dicatur.

DE ORATIONE DOMINICALI.

6. — Notandum est quod oratio dominicalis semper dicenda est in Sabbato praecedenti ad Vesperas, et in ipsa Dominica ad omnes Horas tam diei quam noctis quando de Dominica agitur, praeterquam in Prima et in Completorio. Et hoc sciendum quod ubicumque in Ordinario vel in Collectario dicitur " talis vel talis, haec vel illa oratio dicatur ad Horas „ nunquam intelligitur de Prima neque de Completorio, nisi specialiter exprimatur. Dicenda est etiam oratio dominicalis per ferias sequentis hebdomadae usque ad Vesperas Sabbati exclusive, ad omnes Horas tam diei quam noctis quando de Tempore agitur: nisi in jejuniis Quatuor Temporum Adventus et in quarta feria Cinerum et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, et nisi in tribus diebus Rogationum, et nisi in hebdomada Pentecostes, et nisi duae aut plures orationes dominicales infra hebdomadam sint dicendae. Quando vero duae vel plures orationes infra

unam hebdomadam dicendae fuerint, postquam una infra hebdomadam fuerit incoepta, dicatur quando de Tempore agitur, usque dum alia inchoetur; et sic deinceps si plures dicendae fuerint. Illae autem orationes quae infra hebdomadam inchoantur, semper sunt in Laudibus inchoandae. Hoc etiam sciendum quod oratio quae dicitur ad Laudes, semper dicenda est ad Tertiam, et Sextam et Nonam, nisi in jejuniis Quatuor Temporum Adventus et in duobus diebus Rogationum. Dicitur etiam ad Vesperas quando agitur de eodem de quo in Laudibus, nisi per ferias in Quadragesima et in duobus diebus Rogationum.

DE MATUTINIS DOMINICAE.

7. — Omnibus Dominicis, quando de simplici Dominica agitur, invitatorium a duobus cantetur; singula responsoria a singulis Fratribus in Matutinis dicantur.

8. — In omni autem Dominica, nisi festum vel octava dies festi habentis octavam impediat, tres ultimae lectiones de expositione Evangelii dominicalis legantur, praeterquam in vigilia Natalis Domini quando in Dominica evenerit: tunc enim homilia dominicalis omittitur illo anno. Et nisi quando aliqua vigilia habens propriam homiliam in Dominica evenerit: tunc enim tres ultimae lectiones erunt de homilia vigiliae, et homilia dominicalis in aliquam feriam transferetur; praeterquam in vigilia Sancti Andreae quando in Dominica evenerit: tunc enim homilia dominicalis legenda est, et homilia de vigilia illo anno penitus dimittenda. Quando vero propter aliquod impedimentum dominicalis homilia non legitur in Dominica, semper infra hebdomadam suam in aliqua feria est legenda; nisi quando festum Sancti Silvestri in Dominica evenerit, et quando festum Beati Petri Martyris, vel Apostolorum Philippi et Jacobi, vel Sanctae Crucis, vel Coronae Domini in Dominica ante Ascensionem evenerint: tunc enim homilia dominicalis dimittitur illo anno. Dimittuntur etiam duae ultimae homiliae dominicales quae sunt post *Domine ne in ira*, quando inter octavam Epiphaniae et Septuagesimam non sunt feriae vacantes in quibus possint legi. Similiter et homilia Evangelii *Loquente Jesu* dimittitur quando tantum viginti duae septimanae fuerint inter *Deus omnium* et Adventum, si in

vicesima (*) secunda septimana non fuerint tot feriae vacantes quod omnia Evangelia legi possint.

9. — *Te Deum* dicatur omnibus Dominicis praeterquam in Adventu, et in Septuagesima et deinceps usque ad Pascha exclusive, nisi quando festum Purificationis in Septuagesima, vel Sexagesima, vel Quinquagesima evenerit.

10. — Psalmi *Dominus regnavit decorem, Jubilate, Deus Deus,* canticum *Benedicite* et ps. *Laudate Dominum de caelis,* dicantur in Laudibus omnibus diebus Dominicis praeterquam in Septuagesima et deinceps usque ad Pascha exclusive, nisi festum Purificationis in Septuagesima, vel Sexagesima, vel Quinquagesima evenerit.

DE DIVISIONE HISTORIAE DOMINICALIS PER HEBDOMADAM.

11. — Sciendum quod per totum annum responsoria de historia dominicali per hebdomadam, quando de Tempore agitur, hoc ordine sunt dicenda, videlicet: in secunda et quinta feria tria prima, in tertia et sexta feria tria media, in quarta feria et Sabbato tria ultima. Et hoc observandum est nisi aliter sint signata. Quando autem festum aliquod infra hebdomadam celebratur, nihilominus ordo praedictus in reliquis feriis observetur.

UBI ADVENTUS DOMINI CELEBRANDUS SIT.

12. — **Adventus Domini** semper celebrari debet in Dominica quae vicinior est diei Sancti Andreae, sive praecedat sive sequatur, vel in ipso die Sancti Andreae quando in Dominica evenerit.

13. — Omnia quae ad Horas tam diei quam noctis per totum Adventum dicenda sunt, quae in Ordinario vel in Antiphonario non sunt notata, dicenda sunt secundum quod in Dominica *Domine ne in ira,* et in ejus feriis sunt signata.

(*) Columna II.

14. — **Dominica prima in Adventu Domini,** Sabbato praecedenti ad Vesperas Cap. *Ecce dies,* ℟. *Missus est* cum versu et *Gloria* et resumptione. Quod semper hoc modo dicendum est quando responsorium dicitur in Vesperis, nisi in Sabbatis ante Passionem et ante Ramos in quibus *Gloria Patri* non dicitur. Quando autem in responsorio quod cantatur in Vesperis non est signatum *Gloria Patri*, post *Gloria* repetatur resumptio quae est notata post versum, praeterquam in Tempore Paschali, in quo post *Gloria* resumatur *Alleluia.* Dum autem responsorium in Vesperis cantatur, stet Conventus usque ad versum, et dum versus dicitur, sedeat usque ad *Gloria Patri* vel usque ad reinceptionem responsorii quando *Gloria* non dicitur. Et hoc semper observetur quando responsorium in Vesperis cantatur. Hymn. *Conditor.* ℣. *Rorate.* Ad *Magn.* a.na *Ecce nomen.* Oratio *Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam.*

15. — Ad Matutinum Invitatorium *Ecce venit.* — Quamdiu cantatur invitatorium et ps. *Venite* Fratres debent stare versis vultibus ad Altare a primo *Sicut erat* post *Deus in adjutorium* usque ad *Gloria Patri* post *Venite.* Hymn. *Verbum Supernum.* — In primo nocturno a.na *Scientes.* Haec sola a.na dicatur super psalmos primi nocturni cum triplici *Gloria Patri.* ℣. *Ex Sion.* ℟. *Aspiciens.* ℣. *Quique terrigenae. Ite obviam* usque in finem. ℣. *Qui regis. Nuntia* usque in finem. ℣. *Excita. Qui regnaturus* usque in finem. *Gloria Patri. In populo.* ℟. *Aspiciens* hac die cantetur a Priore, vel ab alio cui Cantor injunxerit cum tribus versibus et *Gloria.* Finita repetitione post *Gloria*, reincipiatur ab eo qui cantavit ℟. *Aspiciens.* Et interim stent Fratres donec totum fuerit percantatum. Et hoc generaliter observetur quandocumque responsorium reincipitur. Alias autem sedeat Conventus dum responsoria in Matutinis cantantur, praeterquam ad *Gloria Patri* et ad suam resumptionem, nisi aliqui ad librum stare voluerint. Cum autem ad secundam lectionem benedictio data fuerit, sedeat Conventus. Quod observandum est ad omnes lectiones in Matutinis, nisi quando Evangelium legitur: tunc enim stare debent quousque dictum fuerit *Et reliqua.* Attendat autem quicumque legit primam lectionem, vel quartam, vel septimam quod, data benedictione, vel dicto *Et reliqua*, quando legitur homilia, non prosequatur lectionem quousque strepitus sedium conquiescat. — ℟. *Aspiciebam.* ℣. *Potestas. Et omnis.* ℟. *Missus est.* ℣. *Dabit.*

Et vocabitur. Gloria. Et vocabitur. — In secundo nocturno a.na *Hora est.* Haec sola antiphona dicatur super psalmos secundi nocturni. ℣. *Egredietur virga.* ℟. *Ave Maria.* ℣. *Quomodo. Spiritus.* ℟. *Salvatorem.* ℣. *Sobrie. Qui reformabit.* ℟. *Audite.* ℣. *Annuntiate. Salvator. Gloria. Salvator.* — In tertio nocturno a.na *Nox praecessit.* Haec sola antiphona dicatur super psalmos tertii nocturni. — Praedictae tres antiphonae dicantur praedicto modo omnibus Dominicis Adventus super psalmos nocturnorum. — ℣. *Egredietur Dominus.* — Praedicti tres versiculi dicantur in nocturnis in Dominicis Adventus, nisi quod in quarta Dominica tertius non dicatur quando vigilia Natalis Domini in ea evenerit. Dicantur etiam per ferias secundum ordinem nocturnorum quando agitur de Adventu. — ℟. *Ecce Virgo.* ℣. *Super solium. Admirabilis.* ℟. *Obsecro.* ℣. *A solis. Veni.* ℟. *Ecce dies.* ℣. *In diebus. Et hoc est. Gloria. Dominus justus.* — Nonum responsorium ab eo a quo cantatum est reincipiatur, quando *Te Deum* non dicitur. Hoc idem observetur quandocumque responsorium a capite reincipitur, ut scilicet ab eodem reincipiatur, nisi in Vigiliis Mortuorum. — ℣. *Emitte agnum.*

16. — In Laudibus a.na *In illa die*, a.na *Jucundare*, a.na *Ecce Dominus*, a.na *Omnes sitientes*, a.na *Ecce veniet.* Cap. *Ecce dies.* Hymn. *Vox clara.* ℣. *Vox clamantis.* Ad *Bened.* a.na *Spiritus.*

17. — Ad (*) Horas diei antiphonae Laudum. Et hoc per totum Adventum in Dominicis observetur.

Ad Primam ℟. *Jesu Christe.* ℣. *Qui venturus.* Hic versus dicitur per totum Adventum ad Primam, etiam in festis Sanctorum. — Ad Tertiam Cap. *Ecce dies.* ℟. *Veni ad liberandum.* ℣. *Timebunt.* — Ad Sextam Cap. *In diebus.* ℟. *Ostende.* ℣. *Memento.* — Ad Nonam Cap. *Erit in novissimis.* ℟. *Super te Jerusalem.* ℣. *Domine Deus virtutum.*

Ad Vesperas capitulum, hymnus, versiculus ut supra in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Ne timeas.* — Hujus diei capitula, hymni, versiculi et responsoria Horarum cum suis versiculis dicantur suis locis, quando agitur de Adventu, usque ad vigiliam Natalis Domini exclusive.

18. — Feria secunda ad Matutinum Invitat. *Regem venturum.* — Hoc invitatorium dicatur quotidie per Adventum in profestis die-

(*) Columna III.

bus usque ad vigiliam Natalis Domini, nisi in jejuniis Quatuor Temporum. — ℟. *Aspiciens* cum versu *Excita. Qui regnaturus* sine *Gloria.* ℟. *Aspiciebam.* ℟. *Missus est.* Ad *Bened.* a.na *Angelus.* — Ad Primam a.na *Veni et libera.* Ad Tertiam a.na *Veni Domine.* Ad Sextam a.na *Tuam, Domine.* Ad Nonam a.na *In tuo.* — Praecedentes antiphonae dicantur in profestis diebus ad Horas per Adventum. — Ad *Magn.* a.na *Jerusalem.*

Feria tertia ad *Bened.* a.na *Leva.* — Ad *Magn.* a.na *Quaerite.*

Feria quarta ad *Bened.* a.na *De Sion.* — Ad *Magn.* a.na *Veniet.*

Feria quinta ad *Bened.* a.na *Benedicta.* — Ad *Magn.* a.na *Expectabo.*

Feria sexta ad *Bened.* a.na *Ecce veniet.* — Ad *Magn.* a.na *Ex Aegypto.*

Sabbato ad *Bened.* a.na *Sion noli.*

19. — **Dominica secunda,** Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Ecce Dominus veniet.* Ad *Magn.* a.na *Veni, Domine.* Oratio *Excita, Domine, corda.*

20. — Ad Matutinum Invitat. *Rex noster.* — In primo nocturno ℟. *Jerusalem.* ℣. *Israel. Salvabo.* ℟. *Ecce Dominus.* ℣. *Ecce Dominus. Super.* ℟. *Civitas.* ℣. *Ecce in fortitudine. Et auferet. Gloria. Et auferet.* — In secundo nocturno ℟. *Ecce veniet.* ℣. *Et dominabitur. Coronam.* ℟. *Sicut mater.* ℣. *Dabo. Et gaudebit.* ℟. *Jerusalem.* ℣. *Exulta. Quia. Gloria. Quia.* — In tertio nocturno ℟. *Egredietur.* ℣. *Et praeparabitur. Tunc.* ℟. *Docebit.* ℣. *Venite. Quia.* ℟. *Rex noster.* ℣. *Super ipsum. Quem. Gloria. Quem.*

21. — In Laudibus a.na *Ecce in nubibus,* a.na *Urbs fortitudinis,* a.na *Ecce apparebit,* a.na *Montes,* a.na *Ecce Dominus.* Ad *Bened.* a.na *Super solium.* — Ad *Magn.* a.na *Beata.*

22. — Feria secunda ad *Bened.* a.na *De coelo.* — Ad *Magn.* a.na *Ecce rex.*

Feria tertia ad *Bened.* a.na *Super te.* — Ad *Magn.* a.na *Vox clamantis.*

Feria quarta ad *Bened.* a.na *Ecce mitto.* — Ad *Magn.* a.na *Sion.*

Feria quinta ad *Bened.* a.na *Tu es.* — Ad *Magn.* a.na *Qui post me.*

Feria sexta ad *Bened.* a.na *Dicite.* — Ad *Magn.* a.na *Cantate.*

Sabbato ad *Bened.* a.na *Levabit.*

23. — **Dominica tertia,** Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Qui venturus.* Ad *Magn.* a.na. *Ante me.* Oratio *Aurem tuam.*

24. — Ad Matutinum Invitatorium *Surgite.* — In primo nocturno ℟. *Ecce apparebit.* ℣. *Apparebit. Rex.* ℟. *Bethleem.* ℣. *Loquetur. Dum.* ℟. *Qui venturus.* ℣. *Deponet. Quoniam. Gloria. Quoniam.* — In secundo nocturno ℟. *Suscipe.* ℣. *Paries. Ut benedicta.* ℟. *Aegypte.* ℣. *Ecce dominator. Liberare.* ℟. *Prope.* ℣. *Qui venturus. Miserebitur. Gloria. Et Israel.* — In tertio nocturno ℟. *Descendet.* ℣. *Et adorabunt. Orietur.* ℟. *Veni.* ℣. *Excita. Et revoca.* ℟. *Ecce radix.* ℣. *Erit. Et erit. Gloria. Et erit.*

25. — In Laudibus a.na *Veni*, a.na *Jerusalem*, a.na *Dabo*, a.na *Montes*, a.na *Juste.* Ad *Bened.* a.na *Joannes.* — Ad *Magn.* a.na *Ite dicite* vel *O.*

Quarta feria post istam Dominicam semper jejunium Quatuor Temporum celebratur.

26. — Sciendum est quod antiphonae Laudum quae infra notatae sunt ante antiphonas quae incipiunt per *O*, dici debent per sex ferias proximas ante vigiliam Nativitatis Domini, suis propriis diebus. Illae scilicet quae pertinent ad secundam feriam in secunda feria, et sic de aliis. Laudes autem de feria, in qua celebrabitur festum sancti Thomae, intermittentur illo anno.

27. — Feria secunda ad *Bened.* a.na *Egredietur.* — Ad *Magn.* a.na *Elevare* vel *O.*

Feria tertia ad *Bened.* a.na *Tu Bethleem.* — Ad *Magn.* a.na *Erumpant* vel *O.*

Feria quarta ad Matutinum Invitat. *Prope.* Sciendum quod responsoria quae sequuntur dici debent tantum in diebus in quibus notata sunt, scilicet in hac quarta feria, et sexta et sabbato Quatuor Temporum, nisi festum Sancti Thomae in praedicta feria sexta vel Sabbato evenerit, et tunc responsoria illius diei in quinta feria dicantur. Homilia vero diei, in quo festum evenerit, dimittatur. ℟. *Clama.* ℣. *Supra. Dic.* ℟. *Orietur.* ℣. *Et adorabunt. Et erit.* ℟. *Egredietur.* ℣. *Et elevabitur. Et stabunt. Gloria. Et stabunt.* Ad *Bened.* a.na *Missus.* Oratio *Festina.* Haec oratio dicatur ad Laudes tantum. Ad alias autem Horas oratio dominicalis. Idem fiat de orationibus quae sequuntur feria sexta et Sabbato. — Ad *Magn.* a.na. *Quomodo* vel. *O.*

Feria quinta Invitat. *Regem venturum.* Responsoria tertii noc-

turni de historia dominicali, nisi festum Sancti Thomae in sexta feria vel in Sabbato evenerit. Ad *Bened.* a.na *Vigilate.* — Ad *Magn.* a.na *Laetamini* vel *O.*

Feria sexta Invitat. *Prope.* ℟. *Praecursor.* ℣. *Ipse est. In aeternum.* ℟. *Modo.* ℣. *Orietur. Et nomen.* ℟. *Videbunt.* ℣. *Et eris. Et vocabitur. Gloria. Et vocabitur.* Ad *Bened.* a.na *Ex quo.* Oratio *Excita quaesumus, Domine, potentiam tuam et veni, ut hi qui.* Ad *Magn.* a.na *Beata* vel *O.*

Sabbato Invitat. *Prope.* ℟. *Emitte.* ℣. *Ex Sion. Ad montem.* ℟. *Germinaverunt.* ℣. *Ecce dominator. Et splendor.* ℟. *Radix.* ℣. *Super. Et erit. Gloria. In saecula.* Ad *Bened.* a.na *Omnis vallis.* Oratio (*) *Deus qui conspicis.*

28. — **Dominica quarta,** Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Non auferetur.* Ad *Magn.* a.na *O.* Oratio *Excita, Domine, potentiam tuam et veni et magna.*

29. — Ad Matutinum Invitat. *Ecce jam.* — In primo nocturno ℟. *Canite.* ℣. *Annuntiate. Ecce.* ℟. *Non auferetur.* ℣. *Pulchriores. Et ipse.* ℟. *Me oportet.* ℣. *Ego. Cujus. Gloria. Cujus.* — In secundo nocturno ℟. *Ecce jam.* ℣. *Propter. Ut eos.* ℟. *Virgo.* ℣. *In caritate. In salvationem.* ℟. *Juravi.* ℣. *Juxta. In Jerusalem. Gloria. In Jerusalem.* — In tertio nocturno ℟. *Non discedimus.* ℣. *Memento. Et salvi.* ℟. *Intuemini.* ℣. *Praecursor. Cujus.* ℟. *Montes.* ℣. *Rorate. Prope. Gloria. Prope.*

30. — In Laudibus a.na *Canite*, a.na *Ecce veniet*, a.na *Erunt prava,* a.na *Dominus,* a.na *Omnipotens.* Ad *Bened.* a.na *Ave Maria.* — Ad *Magn.* a.na *O.*

31. — Feria secunda ad *Bened.* a.na *Dicit Dominus.* — Ad *Magn.* a.na *O.*

Feria tertia ad *Bened.* a.na *Consurge.* — Ad *Magn.* a.na *O.*

Feria quarta ad *Bened.* a.na *Ponent.* — Ad *Magn.* a.na *O.*

Feria quinta ad *Bened.* a.na *Consolamini.* — Ad *Magn.* a.na *O.*

Feria sexta ad *Bened.* a.na *Dies Domini.* — Ad *Magn.* a.na *O.*

32. — Antiphonae dicendae in Laudibus per sex ferias ante vigiliam Natalis Domini, secundum ordinem feriarum:

(*) Columna IV.

Feria secunda in Laudibus a.na *Ecce veniet*, a.na *Dum venerit*, a.na *Ecce jam*, a.na *Haurietis*, a.na *Egredietur*.

Feria tertia in Laudibus a.na *Rorate*, a.na *Emitte*, a.na *Ut cognoscamus*, a.na *Da mercedem*, a.na *Lex per Moysen*.

Feria quarta in Laudibus a.na *Prophetae*, a.na *Spiritus*, a.na *Annuntiate*, a.na *Ecce veniet*, a.na *Propter*.

Feria quinta in Laudibus a.na *De Sion*, a.na *Convertere*, a.na *De Sion*, a.na *Ecce Deus*, a.na *Dominus legifer*.

Feria sexta in Laudibus a.na *Constantes*, a.na *Ad te*, a.na *Veni*, a.na *Deus a Libano*, a.na *Ego*.

Sabbato in Laudibus a.na *Intuemini*, a.na *Consurge*, a.na *Elevare*, a.na *Expectetur*, a.na *Paratus*.

33. — Sequentes antiphonae sunt cantandae septem proximis diebus ante vigiliam Natalis Domini ad *Magnificat*. Quas Cantor Fratribus incipiendas imponat. In diebus vero quibus cantantur nec preces nec prostrationes sunt in Vesperis faciendae, sed statim post antiphonam subjungatur oratio.

A.na *O Sapientia*, a.na *O Adonai*, a.na *O Radix*, a.na *O Clavis*, a.na *O Oriens*, a.na *O Rex*, a.na *O Emmanuel*.

34. — Memoria de Adventu in die Sancti Thomae in Laudibus a.na *Nolite*. Quando autem festum transfertur in secundam feriam, a.na *Nolite* omnino dimittatur, et antiphona ferialis, scilicet *Dixit Dominus*, ad memoriam dicatur.

35. — **In vigilia Natalis Domini** ad Matutinum prostrationes non fiant. Invitat. *Hodie scietis* ab uno dicatur, nisi Dominica fuerit. Hymn. *Verbum*. Antiphonae et psalmi feriales. ℣. *Hodie scietis*. ℟. *Sanctificamini*. ℣. *Hodie*. *Majestatem*. ℟. *Constantes*. ℣. *Sanctificamini*. *Cras*. ℟. *Sanctificamini filii*. ℣. *Ex Sion*. *Et auferet*. *Gloria*. *Et auferet*.

36. — Hac die in Laudibus et deinceps usque ad Versperas exclusive fiat officium sicut in festo duplici. ℣. *Crastina*. In Laudibus a.na *Judaea*, psalmi *Dominus regnavit*, a.na *Crastina*, a.na *Hodie scietis*, a.na *Propter*, a.na *Crastina die delebitur*. Cap. *Propter Sion*. Hymn. *Vox clara*. ℣. *Constantes*. A.na ad *Bened*. *Cum esset*. Oratio *Deus, qui nos redemptionis*.

37. — In Capitulo, postquam dixerit Lector *Jesus Christus filius Dei in Bethleem Judae nascitur*, Conventus prosternat se et faciat

brevem orationem. Cum autem Prior signum fecerit, surgant omnes, et Lector lectionem prosequatur.

38. — Ad Horas diei antiphonae Laudum. — Ad Tertiam Cap. *Propter Sion.* ℟. *Hodie scietis.* ℣. *Crastina die delebitur.* — Ad Sextam Cap. *Videbunt.* ℟. *Crastina.* ℣. *Crastina die erit.* — Ad Nonam Cap. *Non vocaberis.* ℟. *Crastina die erit.* ℣. *Constantes.*

39. — Si haec vigilia in Dominica evenerit, hoc modo fiat officium: Ad Matutinum Invitat. *Hodie scietis.* Hymnus ut supra. Super psalmos primi nocturni a.na *Scientes*, psalmi *Beatus vir.* Ceterae ad ceteros ut supra. In primo nocturno ℣. *Ex Sion.* In secundo nocturno ℣. *Egredietur virga.* Sex responsoria de historia *Canite.* In tertio nocturno ℣. *Hodie scietis.* Tria ultima responsoria de vigilia. Tria vero ultima responsoria de historia *Canite* cum Laudibus illo anno omittantur. — ℣. *Crastina.* — In Laudibus antiphonae, capitulum, versiculus, antiphona ad *Bened.* et oratio de vigilia erunt. Post orationem de vigilia memoria fiat de Dominica. — Antiphonae, capitula, responsoria, versiculi ad Horas de vigilia erunt.

40. — Ad Vesperas a.na *Rex pacificus*, a.na *Magnificatus*, a.na *Scitote*, a.na *Levate*, a.na *Completi.* Cap. *Populus.* ℟. *Judaea.* ℣. *Constantes. Cras. Gloria. Et Dominus.* Hymn. *Veni, Redemptor.* ℣. *Tamquam sponsus.* Ad *Magn.* a.na *Dum ortus.* — Ad Completorium super psalmos a.na *Completi.* Ad *Nunc dimittis* a.na *Ecce completa.*

41. — **In Natali Domini** ad Matutinum Invitat. *Christus natus.* Hymn. *Christe Redemptor.* — In primo nocturno a.na *Dominus dixit*, ps. *Quare*; a.na *Tamquam sponsus*, ps. *Caeli*; a.na *Diffusa*, ps. *Eructavit.* ℣. *Verbum caro.* ℟. *Hodie.* ℣. *Gloria in. Quia.* ℟. *Hodie.* ℣. *Hodie illuxit. Hodie.* ℟. *Descendit.* ℣. *Tamquam. Lux. Gloria. Lux.* — In secundo nocturno a.na *Suscepimus*, ps. *Magnus;* a.na (*) *Orietur,* ps. *Deus judicium*; a.na *Veritas,* ps. *Benedixisti.* ℣. *Notum fecit.* ℟. *Quem vidistis.* ℣. *Dicite. Natum.* ℟. *O magnum.* ℣. *Domine. Jacentem.* ℟. *Sancta.* ℣. *Benedicta. Quia. Gloria. Quia.* — In tertio nocturno a.na *Ipse,* ps. *Misericordias*; a.na *Laetentur*, ps. *Cantate j.*; a.na *Notum*, ps. *Cantate ij.* ℣. *Ipse in-*

(*) Columna V.

vocabit. ℟. *Beata Dei.* ℣. *Beata. Hodie.* ℟. *Beata viscera.* ℣. *Dies. Quia.* ℟. *Verbum.* ℣. *In principio. Plenum. Gloria. Plenum.*

42. — Dum versus noni responsorii cantatur, procedat Diaconus cum solemni apparatu ad cantandum *Liber generationis* sicut in festis totis duplicibus de Evangelio est notatum. Finito Evangelio, statim incipiatur *Te Deum.* Interim dum *Te Deum* cantatur, qui primam Missam cantare debet, praeparet se cum ministris. Post *Te Deum* continuo Missa inchoetur. Et post Communionem nec versiculus, nec *Deus in adjutorium* dicantur, sed statim inchoetur in Laudibus a.na *Quem vidistis*, a.na *Genuit*, a.na *Angelus*, a.na *Facta est*, a.na *Parvulus.* Finita quinta antiphona, mox Sacerdos ad Altare incipiat a.nam *Gloria.* Finita post *Benedictus* antiphona, Sacerdos, praemisso *Dominus vobiscum*, dicat Postcommunionem. Qua dicta, et subjuncto *Dominus vobiscum*, dicatur *Ita missa est.*

43. — Ad Primam ℟. *Jesu Christe.* ℣. *Qui natus.* Versus iste dicatur quotidie usque ad Epiphaniam exclusive. — Ad Tertiam Cap. *Multifarie.* ℟. *Verbum caro.* ℣. *Notum.* Oratio. *Concede.* — Ad Sextam Cap. *Apparuit benignitas.* ℟. *Notum fecit.* ℣. *Ipse invocavit.* — Ad Nonam Cap. *Apparuit gratia.* ℟. *Ipse invocavit.* ℣. *Benedictus.*

44. — Ab hac die usque in crastinum octavae Epiphaniae exclusive, quotidie dicantur responsoria Horarum cum *Alleluia*, excepto festo Innocentum quando extra Dominicam evenerit. In octava tamen eorum dicantur cun *Alleluia.*

45. — Ad Vesperas a.na *Tecum*, ps. *Dixit Dominus*; a.na *Redemptionem*, ps. *Confitebor*; a.na *Exortum*, ps. *Beatus vir*; a.na *Apud Dominum*, ps. *De profundis*; a.na *De fructu*, ps. *Memento.* Praedictae antiphonae cum suis psalmis dicantur quotidie ad Vesperas usque ad octavam Epiphaniae et in ipsis octavis. Cap. *Multifarie.* Hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Hodie Christus.* Oratio *Concede.* Postea fiat memoria de Sancto Stephano.

46. — Ad Completorium super ps. a.na *Natus est.* Ad *Nunc dimittis* a.na *Alleluia. Verbum.* Praedictae antiphonae dicantur in Completorio usque ad vigiliam Epiphaniae exclusive.

47. — Sequentes antiphonae dicantur ad memoriam de Natali in Laudibus et in Vesperis usque ad primas Vesperas Circuncisionis exclusive. Ad Laudes a.na *Nesciens* cum versiculo *Benedictus qui*

venit et Oratione *Concede.* Ad Vesperas a.na *Gaudeamus* cum versiculo *Tamquam sponsus* et oratione praedicta.

48. — Si festum Natalis Domini, vel Sancti Stephani, vel Sancti Joannis, vel Sanctorum Innocentum, vel Sancti Thomae in Dominica evenerit, illà die de Dominica nihil fiat, sed in crastino Sancti Thomae post memorias de Sanctis in Laudibus, fiat memoria de Dominica per a.nam *Dum medium* et per ℣. *Notum fecit* et orationem *Omnipotens sempiterne Deus.* In Vesperis vero per a.nam *Erant Joseph* et ℣. *Verbum caro* et orationem praedictam.

49. — Proxima die post festum Sancti Thomae ad Matutinum Invitat. *Christus natus* cum cantu solemni cantetur et a duobus. Hymn. *Christe Redemptor.* A.na una super psalmos *Dominus dixit,* ps. *Quare* et ceteri de Nativitate Domini. Versiculus et tria responsoria de historia Nativitatis secundum feriam. *Te Deum.* ℣. *Puer natus.* — In Laudibus una a.na *Quem vidistis,* ps. *Dominus regnavit.* Capit. *Multifarie.* Hymn. *A solis.* ℣. *Benedictus.* Ad *Bened.* a.na *Nesciens.* Oratio *Concede.* Memoria de Sanctis, ultimo de Dominica, nisi haec dies in Sabbato evenerit: tunc enim memoria dominicalis in crastino reservabitur. — Ad Primam a.na *Quem vidistis.* Ceterae ad ceteras Horas. Capitula, responsoria, versiculi et oratio de die Natali Domini.

Si vero in hac die Dominica evenerit, ad Matutinum invitatorium, hymnus, antiphonae, psalmi, versiculi, responsoria de Nativitate Domini. In Laudibus antiphonae, capitulum, hymnus, versiculus de Natali. Ad *Bened.* a.na *Nesciens.* Oratio *Concede.* Memoria de Sanctis, ultimo de Dominica. Horae diei de Natali. Ad Vesperas capitulum et cetera quae sequuntur, de Sancto Silvestro erunt et memoria fiet de Natali, deinde de Sanctis, ultimo de Dominica.

50. — **In Circumcisione** ad Vesperas Capitulum *Multifarie.* ℟. *Verbum.* Hymnus *Veni, Redemptor.* ℣. *Tamquam sponsus.* Ad *Magnificat* a.na *Qui de terra.* Oratio *Deus qui nobis.* Memoria de Sancto Silvestro. Deinde de Sanctis, postea de Dominica si hac die evenerit.

51. — Ad Matutinum Invitatorium *Christus natus.* Hymnus *Christe Redemptor.* — In primo nocturno a.na *Dominus dixit,* ps. *Quare*; a.na *In sole,* ps. *Caeli*; a.na *Elevamini,* ps. *Domini*; ℣. *Verbum caro* et ceteri sicut in die Natali. ℟. *In principio.* ℣. *Quod factum. Omnia.* ℟. *Benedictus.* ℣. *Lapidem. Et illuxit.*

℟. *Ecce.* ℣. *Hoc est. Qui post. Gloria. Cujus.* — In secundo nocturno a.na *Speciosus*, ps. *Eructavit*; a.na *Suscepimus*, ps. *Magnus*; a.na *Homo*, ps. *Fundamenta.* ℟. *Nesciens.* ℣. *Beata. Ipsum.* ℟. *Sancta et immaculata.* ℟. *Confirmatum.* ℣. *Dominus. Et benedicta. Gloria. Deum.* — In tertio nocturno a.na *Exultabunt*, ps. *Cantate j*; a.na *In principio*, ps. *Dominus regnavit, exultet*; a.na *Ante luciferum*, ps. *Cantate ij.* ℟. *O regem.* ℣. *Qui caelum. Jacet.* ℟. *Congratulamini.* ℣. *Beatam. Et de meis.* ℟. *Verbum.* — ℣. *Puer natus.*

52. — In Laudibus a.na *O admirabile*, a.na *Quando natus*, a.na *Rubum*, a.na *Germinavit*, a.na *Ecce Maria.* Capitulum *Multifarie* (*). Hymnus *A solis.* ℣. *Benedictus.* Ad *Benedictus* a.na *Mirabile.* Memoria de Sanctis. — Capitula, responsoria, versiculi ad Horas sicut in die Natali cum oratione *Deus qui nobis.*

53. — Ad Vesperas capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magnificat* a.na *Magnum.* Memoria de sancto Stephano. a.na *Tu principatum*; deinde de aliis Sanctis.

54. — **In vigilia Epiphaniae** si in Dominica contigerit, fiant novem lectiones. Invitatorium, Hymnus, antiphonae, psalmi, versiculi, responsoria, antiphonae Laudum, capitulum, hymnus, versiculus de Circumcisione. Ad *Bened.* a.na *Revertere.* Oratio *Corda.* Per Horas diei, a.nae, capitula, responsoria, versiculi de Circumcisione cum oratione *Corda.*

55. — Si vero Dominica non fuerit, ita fiat officium: Unus dicat Invitat. *Christus natus.* Hymn. *Christe, Redemptor.* Super psalmos a.na *Dominus dixit* sola dicatur. Psalmi ut in Circumcisione. ℣. *Notum fecit.* ℟. *Confirmatum.* ℟. *O regem.* ℟. *Congratulamini.* — *Te Deum* dicatur. — ℣. *Puer natus.* — In Laudibus haec sola a.na *O admirabile*, ps. *Dominus regnavit.* Cap. *Multifarie.* Hymn. *A solis.* ℣. *Benedictus.* Ad *Bened.* a.na *Revertere.* Oratio *Corda.*

56. — Ad Primam a.na *O admirabile.* Cap. *Regi.* Oratio *In hac.* Ad Tertiam, Sextam et Nonam antiphonae, capitula, responsoria, versiculi de Circumcisione cum oratione *Corda.* — Ad Vesperas Cap. *Surge.* ℟. *In columbae.* Hymn. *Hostis.* ℣. *Reges.* Ad *Magnificat* a.na *Magi.* oratio *Corda.*

57. — Ad Completorium super psalmos a.na *Lux de luce.* Ad

(*) Columna VI.

Nunc dimittis a.na *Alleluia. Omnes.* Praedictae antiphonae dicantur ad Completorium usque ad octavam inclusive.

58. — **In Epiphania** ad Matutinum non dicatur invitatorium, neque hymnus, sed statim post *Domine labia* et *Deus in adjutorium* incipiatur a.na *Afferte*, ps. *Ipsum* (*); a.na *Fluminis*, ps. *Deus noster*; a.na *Psallite*, ps. *Omnes.* ℣. *Reges.* ℟. *Hodie.* ℣. *Descendit. Hic est.* ℟. *In columbae.* ℣. *Caeli. Hic.* ℟. *Reges.* ℣. *Omnes. Reges. Gloria. Reges.* — In secundo nocturno a.na *Omnes*, ps. *Jubilate j*; a.na *Reges*, ps. *Deus judicium*; a.na *Omnes gentes*, ps. *Inclina.* ℣. *Omnes de Saba.* ℟. *Illuminare.* ℣. *Et ambulabunt. Et gloria.* ℟. *Omnes.* ℣. *Reges. Laudem.* ℟. *Magi.* ℣. *Vidimus. Et venimus. Gloria. Et venimus.* — In tertio nocturno a.na *Venite*, ps. *Ipsum.* Praedicta a.na cum psalmo non cantetur infra octavam, sed loco ipsius dicatur a.na *Homo* cum psalmo *Fundamenta*; a.na *Adorate Dominum*, ps. *Cantate j*, a.na *Adorate Deum*, ps. *Dominus regnavit, exultet.* ℣. *Omnis terra.* ℟. *Stella.* ℣. *Et intrantes. Gavisi.* ℟. *Videntes.* ℣. *Stella. Et apertis.* ℟. *Tria.* ℣. *Salutis. In auro. Gloria. Et in.* Post nonum responsorium cantetur Evangelium *Factum est*, cum eadem solemnitate qua cantatur evangelium *Liber generationis.* — Finito Evangelio dicatur *Te Deum.* — ℣. *Vidimus.*

59. — In Laudibus a.na *Ante luciferum*, a.na *Venit*, a.na *Apertis*, a.na *Maria*, a.na *Tria.* Cap. *Surge.* Hymn. *A Patre.* ℣. *Adorate Dominum.* Ad *Bened.* a.na *Hodie.* Oratio *Deus qui hodierna.*

60. — Ad Horas antiphonae Laudum. — Ad Primam ℟. *Jesu Christe.* ℣. *Qui apparuisti* et dicatur usque ad octavam inclusive. — Ad Tertiam cap. *Surge.* ℟. *Reges Tharsis.* ℣. *Omnes de Saba.* — Ad Sextam cap. *Super te.* ℟. *Omnes de Saba.* ℣. *Omnis terra.* — Ad Nonam cap. *Omnes de Saba.* ℟. *Omnis terra.* ℣. *Adorate Dominum.*

Ad Vesperas capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Ab Oriente.*

61. — Per octavam Epiphaniae Invitat. *Christus apparuit* cum cantu feriali nisi in Dominica et in octava die. Hymn. *Hostis* quotidie dicatur. In ferialibus diebus una antiphona de nocturnis super psal-

(*) Sic semper dicitur in Ordinario, quando psalmi inceptio eadem est ac inceptio antiphonae.

mos: prima die post festum dicatur prima, secunda die secunda et sic deinceps quot fuerint neccessariae. Psalmi de festo, excepto psalmo *Venite*, loco cujus dicatur psalmus *Fundamenta.* Versiculi ante lectiones et tria Responsoria de historia, secundum ordinem nocturnorum, excepto quod quando dici contigerit antiphona *Omnis terra*, dicendus est ℣. *Reges Tharsis*, et quando dicetur antiphona *Reges Tharsis*, dicendus est ℣. *Omnes de Saba.* — *Te Deum* quotidie dicatur. — ℣. *Vidimus.* — In Laudibus prima antiphona Laudum super psalmos, capitulum, hymnus, versiculus de die. Ad *Bened.* a.na *Descendit.* Oratio sicut in die. — Horae diei sicut in festo. — Ad Vesperas capitulum hymnus, versiculus de die. Ad *Magn.* a.na *Videntes.* Praedictae duae antiphonae dicantur quotidie infra octavam et in Dominica: *Descendit* ad *Bened.* et *Videntes* ad *Magnif.*

62. — Si dies Epiphaniae in Dominica evenerit, in sequenti feria quarta legatur ad Matutinum homilia Evangelii *Cum factus.* In Laudibus vero post orationem de Epiphania, dicatur ad memoriam a.na *Fili* cum ℣. *Omnis terra* et oratione *Vota.* In Vesperis vero similiter post orationem de Epiphania dicatur ad memoriam a.na *Puer* cum ℣. *Omnes de Saba* et oratione *Vota.* — Sabbato autem sequenti post orationem *Deus, cujus Unigenitus* fiat memoria de Dominica sequenti per a.nam *Peccata* et ℣. *Vespertina* et per orationem *Omnipotens sempiterne.* Ad Laudes vero diei sequentis, in qua totum officium est de octava Epiphaniae, fiat memoria de Dominica per a.nam *Nuptiae* et ℣. *Dominus regnavit* et orationem *Omnipotens sempiterne.* In Vesperis autem per a.nam *Deficiente* et ℣. *Dirigatur* et orationem praedictam. — In quarta vero feria sequenti ad Matutinum legatur homilia de nuptiis, et totum officium fiat de feria, et de Sancto Marcello fiat tantum memoria. Ad Laudes vero et ad Horas diei dicetur oratio *Omnipotens sempiterne.*

63. — Quando vero infra octavam Epiphaniae Dominica evenerit, sic fiat officium: Ad Matutinum Invitat. *Christus apparuit* cum cantu solemni. Hymnus *Hostis.* Antiphonae, psalmi, versiculi, responsoria de die Epiphaniae, excepta a.na *Venite* (*) cum suo psalmo, loco cujus dicatur a.na *Homo* cum psalmo *Fundamenta.* Tres ultimae lectiones de homilia Evangelii *Cum factus.* In Laudibus antiphonae, capitu-

(*) Columna VII.

lum, hymnus, versiculus de die. Ad *Bened.* a.na *Descendit.* Oratio *Deus qui hodierna.* Deinde fiat memoria de Dominica per a.nam *Fili* cum ℣. *Omnis terra* et oratione *Vota.* — Horae sicut in die Epiphaniae. — Ad Vesperas capitulum, hymnus, versiculus de Epiphania. Ad *Magn.* a.na *Videntes.* Oratio *Deus qui hodierna.* Deinde fiat memoria de Dominica per a.nam *Puer* cum ℣. *Omnes de Saba* et oratione *Vota.*

64. — In octava Epiphaniae in primis Vesperis ad *Magn.* a.na *Baptizat.* Oratio *Deus, cujus Unigenitus.* Ad Matutinum invitatorium, hymnus, antiphonae, psalmi, versiculi, responsoria sicut supra in Dominica est notatum. — In Laudibus a.na *Veterem*, a.na *Te qui*, a.na *Baptista*, a.na *Caput*, a.na *Magnum.* Capitulum, hymnus, versiculus de die. Ad *Bened.* a.na *Praecursor.* Oratio *Deus, cujus Unigenitus.* — Ad Horas antiphonae Laudum, capitula, responsoria, versiculi de die Epiphaniae. — Ad *Magn.* a.na *Fontes.* Si haec octava in Sabbato evenerit, in Vesperis fiat tantum memoria de Dominica sequenti.

65. — Notandum quod historia *Domine ne in ira* debet cantari in diebus Dominicis usque ad Septuagesimam exclusive; responsoria vero ferialia, nisi festivitates impediant, omnibus diebus infra hebdomadam sunt cantanda usque ad Septuagesimam, praeterquam in Sabbatis in quibus de Beata Virgine est agendum. Providendum tamen quod quando primum Sabbatum, quod est post octavam Epiphaniae, fuerit omnino vacans, ita quod non sit in eo festum trium lectionum vel majus, tunc in ipso Sabbato fiat officium feriale, et cantentur responsoria quae pro Sabbato sunt signata. Hoc autem contingit quandocumque octava Epiphaniae est in Dominica, nisi Septuagesima fuerit in proxima Dominica immediate, videlicet in festo SS. Fabiani et Sebastiani, quia tunc festum praedictorum Martyrum est in Sabbato celebrandum. Alias vero nunquam contingit.

66. — Considerandum est autem diligenter utrum inter octavam Epiphaniae et Septuagesimam tot sint dies Dominici quot sunt dominicalia officia et orationes, ut in ipsis dicantur. Si vero non sint tot dies Dominici, dicantur per ferias, tali quidem die, si fieri potest, in quo nulla sit festivitas. Quod si necessitas coegerit ut in illa die dicatur officium dominicale in qua festum trium lectionum occurrerit, memoria tantum fiat de festo. Ad Matutinum autem homilia

et antiphona ad *Benedictus* et ad *Magnificat* et Missa in die de Dominica erunt.

67. Quando vero inter octavam Epiphaniae et Septuagesimam nulla est Dominica vacans in qua possit cantari historia *Domine ne in ira*, tunc responsoria de psalmis quae per ferias notata sunt, vel etiam officium de festis trium lectionum sunt intermittenda, et historia *Domine ne in ira* per ferias cantetur. Propter orationes autem et Evangelia quae post duo officia posita sunt, non debet intermitti festum trium lectionum, nec in Sabbato officium de Beata Virgine.

68. — Sciendum igitur quod si Septuagesima evenerit decimo quinto kalendas Februarii, scilicet in festo S. Priscae, tunc in quarta feria praecedenti, quae est immediate post octavam Epiphaniae, hoc est in die S. Felicis, legenda est homilia de nuptiis, et cantanda sunt tria ultima responsoria de historia dominicali, et sequenti die, scilicet in festo S. Mauri, quod erit quinta feria, legendae sunt tres primae lectiones de Paulo ad Romanos et cantanda tria prima responsoria historiae dominicalis. In sexta vero feria, scilicet in die S. Marcelli, legenda est homilia *Cum descendisset*, et cantanda sunt tria media responsoria historiae praedictae. In Sabbato autem, hoc est in die S. Antonii, fiet de Beata Virgine.

69. — Quando vero Septuagesima evenerit decimo quarto kalendas Februarii, tunc in tertia feria praecedenti, quae erit immediate post octavam Epiphaniae, hoc est in die S. Felicis, legantur tres primae lectiones de Paulo, et cantentur tria media responsoria historiae dominicalis. In quarta autem feria sequenti, hoc est in die S. Mauri, legatur homilia de nuptiis, et cantentur tria ultima responsoria historiae dominicalis. In quinta vero feria, hoc est in die S. Marcelli, legatur homilia *Cum descendisset*, et cantentur tria prima responsoria historiae praedictae. In sexta feria fiat festum S Antonii. In Sabbato vero fiat de Beata Virgine.

70. — Quando autem Septuagesima evenerit decimo tertio kalendas Februarii tunc in secunda feria praecedenti, quae erit immediate post octavam Epiphaniae, legantur primae tres lectiones de epistola Pauli ad Romanos, et cantentur tria prima responsoria historiae dominicalis. In tertia feria fiat festum S. Mauri. In quarta feria, hoc est in die S. Marcelli, legatur homilia de nuptiis, et cantentur tria ultima responsoria historiae dominicalis. In quinta feria fiat festum

S. Antonii. In sexta vero feria, hoc est in die S. Priscae, legatur homilia *Cum descendisset*, et cantentur tria media responsoria historiae praedictae. In Sabbato fiet festum SS. Fabiani et Sebastiani.

71. — **Dominica prima post octavam Epiphaniae**, sabbato praecedenti, sic inchoentur Vesperae: *Deus in adjutorium.* Responsio: *Domine ad adjuvandum. Gloria Patri. Sicut erat. Alleluia.* Hoc modo inchoentur omnes Horae et Laudes, nisi quod ad Completorium praemittendus est ℣. *Converte nos*, et ad Matutinas ℣. *Domine labia*, et ante Laudes dicitur versiculus. Excipitur totum triduum ante Pascha, et dies Animarum, et Vesperae in die Paschae, et deinceps omnes Vesperae usque ad Vesperas sabbati in Albis exclusive; et quod *Alleluia* post *Sicut erat* non dicitur in Completorio (*) Sabbati ante Dominicam Septuagesimae et deinceps usque ad Completorium Sabbati Paschae exclusive.

72. — Deinde inchoetur a.na *Benedictus*, quam incipere debet Frater qui scriptus est ad responsoria Horarum, similiter primam antiphonam in Matutinis et in Laudibus, praeterquam in duplicibus et totis duplicibus. Debet etiam omni tempore incipere antiphonam ad Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam, et Completorium. Ceteras autem antiphonas tam in Vesperis quam in Matutinis et Laudibus, si plures fuerint, Cantor in suo Choro, et Succentor in suo injungat. Qui vero antiphonas incipiunt, stare debent versis vultibus ad Chorum, praeterquam in antiphonis quae cantantur ad Processiones, ad quas incipiendas semper debent, qui incipiunt, se vertere ad Altare. Post inchoationem vero antiphonae statim debet, qui incepit, aliquantulum inclinare. De principio autem antiphonae inchoari tantum debet usque ad primas duas virgulas simul junctas.

73. — A.na *Benedictus.* Cantor ipsum psalmum prosequatur hoc modo: *Dominus Deus meus*, et sic semper fiat ubicumque antiphona et suus psalmus unum habent initium in plena dictione dissyllaba vel supra. Quando autem Cantor seu Succentor intonat psalmum vel canticum, seu hymnum, statim post intonationem parum inclinet.

74. — Ad quorum officium, utriusque videlicet in suo Choro, pertinet incipere quaecumque cantanda vel psallenda sunt a Conventu,

---

(*) Columna VIII.

exceptis iis quae vel ab uno, vel a duobus, vel a quatuor tantum inchoanda seu cantanda signantur. Quando vero alter eorum aliquid debuerit incipere dum Conventus sedet, propter hoc eum surgere non oportet. Provideant etiam quod Fratres simul psallant et cantent, simul incipiant et pausent et terminent, quod unus ante alios non incipiat vel praecurrat, aut post alios psallendo vel cantando nimis protrahat. Debent etiam providere quod omnia fiant et cantentur secundum quod in libris officii est notatum. Poterunt vero post psalmum vel canticum antiphonam reincipere, cum sibi videbitur expedire, secundum quod viderint Conventum melius posse prosequi et cantare.

75. — Quandocumque vero Cantor vel Frater unus aut plures incipiunt responsorium vel hymnum vel aliud quod Chorus communiter vel alternatim cantare debet, postquam in inceptione cantatum fuerit usque ad duas primas virgulas simul junctas, deinceps Chorus, sive alternatim, sive communiter, prosequatur.

76. — A.na *In aeternum,* ps. *Exaltabo;* a.na *Laudabo*, ps. *Lauda anima;* a.na *Deo nostro*, ps. *Laudate Dominum quoniam bonus;* a.na *Lauda,* ps. *Ipsum.* Praedictae antiphonae cum suis psalmis dicantur in omnibus Sabbatis per annum quando de Dominica agitur, nisi in Tempore Paschali. Cap. *Benedictus Deus,* ℟. *Deus qui sedes.* Hymnus *O lux* ℣. *Vespertina.* Capitulum praecedens, hymnus, versiculis dicantur omnibus Sabbatis ad Vesperas usque ad Quadragesimam exclusive, et in Sabbato post festum Trinitatis et deinceps in omnibus Sabbatis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

77. — Ad *Magn.* a.na *Peccata.* Antiphonam super *Magnificat* incipere semper debet Hebdomadarius, seu qui facit officium. Similiter antiphonam super *Nunc dimittis* et antiphonam super *Benedictus.* Praedicta vero antiphona dicatur in Sabbatis usque ad Septuagesimam inclusive ad *Magnificat* vel ad memoriam de Dominica.

78. — Finita antiphona post *Magnificat* subjungat Hebdomadarius, seu qui facit officium, *Dominus vobiscum. Oremus.* Oratio *Omnipotens sempiterne* et terminetur per *Dominum nostrum*, etc. Finita oratione et responso *Amen*, sequitur *Dominus vobiscum*, nisi memoria fuerit facienda: tunc enim, responso *Amen*, non dicatur *Dominus vobiscum*, nec *Benedicamus*, sed immediate inchoetur antiphona ad memoriam. Qua finita dicatur versiculus, et postea Heb-

domadarius absque *Dominus vobiscum*, praemisso *Oremus*, dicat orationem, et si alia memoria fuerit facienda, terminetur oratio *Per Christum*, vel *Per eumdem Christum*, vel *Qui vivis et regnas per omnia,* etc. secundum varietatem terminationum. Si vero non fuerit alia memoria facienda, ultima oratio terminetur sicut prima, et, ea finita, subjungatur *Dominus vobiscum* et *Benedicamus.* Hoc idem in Laudibus observetur.

79. — Responso *Deo gratias* post *Benedicamus*, Praelatus vel, si ipse defuerit, Hebdomadarius dicat *Fidelium animae.* Quod semper dicendum est post quamlibet Horam, et post Missam conventualem, quando non sequitur Hora dicenda; nisi in die Coenae et deinceps usque ad Completorium Sabbati exclusive, et nisi post Missam vel Officium Defunctorum. Quando vero plures Horae pariter sunt dicendae, vel Missa Conventualis cum aliqua Hora, tunc solum in fine ultimae Horae vel Missae, dicitur *Fidelium,* nisi, ut dictum est, post Missam vel Officium Defunctorum. Dicto *Fidelium,* vel *Requiescant in pace*, dicatur *Pater noster.*

80. — Ad Completorium super psalmos a.na *Miserere*, ps. *Cum invocarem*, ps. *In te Domine. j.* usque ad versum *Odisti observantes* exclusive, ps. *Qui habitat*, ps. *Ecce nunc.* Cap. *Tu in nobis.* ℟. *In manus.* Hymn. *Te lucis.* ℣. *Custodi.* Ad *Nunc dimittis* a.na *Salva. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. Pater noster* secreto. Quo dicto, Hebdomadarius aliquantulum se erigens subjungat alte: *Et ne nos.* ℟. *Sed libera.* ℣. *In pace.* ℟. *Dormiam* Deinde dicatur *Credo* secreto. Quo dicto, Hebdomadarius, totus erectus et versus ad Altare, dicat alte: *Carnis resurrectionem.* ℟. *Vitam aeternam.* Deinde: *Dignare, Domine.* ℟. *Sine peccato. Dominus vobiscum.* Oratio *Visita* (*). Responso *Amen* post orationem, sequitur *Benedicamus*, quod in omnibus Horis dicendum est ab Hebdomadario, praeterquam in Vesperis et in Laudibus. Deinde detur benedictio a Praelato vel ab Hebdomadario, si Praelatus in Choro non fuerit.

81. — Praedicta antiphona *Miserere* dicatur ad Completorium super psalmos per totum annum, nisi in die Coenae et deinceps usque ad Completorium Sabbati ante Trinitatem exclusive, et nisi in vigilia Natalis Domini et deinceps usque in crastinum octavae

---

(*) Columna IX.

Epiphaniae exclusive, et nisi quando de Beata Virgine agitur in Conventu.

82. — Psalmi vero dicantur per totum annum, nisi quod in vigilia Paschae et deinceps usque ad Completorium Sabbati in Albis exclusive, et in vigilia Pentecostes et deinceps usque ad Completorium Sabbati ante festum Trinitatis exclusive, intermittitur ps. *Qui habitat.*

83. — Capitulum *Tu in nobis* semper dicatur, nisi in Coena Domini, et deinceps usque ad Completorium Sabbati in Albis exclusive.

84. — Responsorium autem *In manus* per totum annum dicatur, nisi in Dominicis et festis Sanctorum ad utrumque Completorium in Quadragesima usque ad Completorium Sabbati ante Dominicam in Passione exclusive, et nisi in Coena Domini et deinceps usque ad Completorium Sabbati in Albis exclusive.

85. — Hymnus *Te lucis* semper dicatur nisi in Sabbato ante primam Dominicam Quadragesimae, et deinceps usque ad Sabbatum ante festum Trinitatis exclusive.

86. — Versiculus *Custodi nos* dicatur semper, nisi in Coena Domini et deinceps usque ad Completorium Sabbati in Albis exclusive.

87. — Canticum *Nunc dimittis* semper dicatur. Antiphona *Salva* per totum annum dicatur, nisi in Sabbato ante primam Dominicam Quadragesimae et deinceps usque ad Sabbatum ante Trinitatem exclusive, et nisi in vigilia Natalis Domini et deinceps usque in crastinum octavae Epiphaniae exclusive, et nisi quando de Beata Virgine agitur in Conventu.

88. — Preces vero quotidie dicantur, nisi in Coena Domini, et deinceps usque ad secundam feriam post Dominicam in Albis exclusive, et nisi in hebdomada Pentecostes, et nisi infra octavam Nativitatis Domini, et nisi in duplicibus et totis duplicibus. Versiculus *Dignare, Domine* ante *Dominus vobiscum* non dicatur quando Preces non dicuntur, similiter nec in Prima.

89. — Oratio *Visita* semper dicatur, nisi in Coena Domini et deinceps usque ad tertiam feriam post Pascha inclusive.

90. — Benedictio semper detur, nisi in die Coenae et Parasceves.

91. — Ad Matutinum Invitat. *Venite.* Quo cantato a Choro, Fratres qui inceperunt invitatorium prosequantur versum *Praeoccupemus.*

Praedictum invitatorium dicatur Dominicis diebus usque ad Septuagesimam exclusive, quando de Dominica agitur. Quandocumque autem invitatorium dicitur, dicatur etiam ps. *Venite*. Hymn. *Nocte*. — In primo nocturno a.na *Servite,* ps. *Beatus vir*, *Quare*, *Domine quid*, *Domine ne j*; *Gloria;* a.na *Domine Deus*, ps. *Ipsum*, *Domine Dominus*, *Confitebor j. In Domino; Gloria;* a.na *Tu Domine,* ps. *Salvum j*, *Usquequo*, *Dixit insipiens j*, *Domine quis*; *Gloria*. ℣. *Memor fui*. Deinde *Pater noster*. Quo dicto subjungatur alte *Et ne nos*, et hoc generaliter observetur ante primam lectionem et quartam et septimam, nisi in triduo ante Pascha. Dicto *Et ne nos*, subjungatur *Jube domne* ab eo qui lecturus est, et detur benedictio ab illo qui facit officium. Et hoc observandum est ante omnes lectiones, nisi in triduo ante Pascha, et nisi in Officio Defunctorum. ℟. *Domine ne*. ℣. *Timor. Miserere*. ℟. *Deus qui sedes*. ℣. *Tibi. Quia*. ℟. *A dextris*. ℣. *Conserva. Propter. Gloria. Et exultavit*. — In secundo Nocturno a.na *Bonorum,* ps. *Conserva;* a.na *Inclina*, ps. *Exaudi Domine;* a.na *Dominus,* ps. *Diligam;* ℣. *Media*. ℟ *Notas*. ℣. *Tu es. Delectationes*. ℟. *Diligam*. ℣. *Laudans. Dominus*. ℟. *Domini*. ℣. *In manu. Orbis. Gloria. Qui*. — In tertio nocturno a.na *Non sunt,* ps. *Caeli;* a.na *Exaudiat*, ps. *Ipsum;* a.na *Domine in virtute*, ps. *Ipsum*. Praedictae antiphonae nocturnorum dicantur Dominicis, diebus usque ad Dominicam in Passione exclusive, quando de Dominica agitur. Psalmi vero dicantur omnibus Dominicis quando de Dominica agitur, nisi in Tempore Paschali. ℣. *Exaltare*. ℟. *Ad te*. ℣. *Neque. Deus*. ℟. *Audiam*. ℣. *Domine. Ut enarrem*. ℟. *Abscondi*. ℣. *Quoniam. Miserere. Gloria. Secundum*. — Postquam praedicta historia *Domine ne in ira* in Dominica fuerit cantata, in reliquis Dominicis, si aliquae fuerint usque ad Septuagesimam exclusive, loco noni responsorii, dicatur ℟. *Honor* de Trinitate, quando de Dominica agitur. — ℣. *Excelsus*. Iste versiculus et praedicti versiculi de nocturnis, dicantur in Dominicis usque ad Quadragesimam exclusive, et in Dominica *Deus omnium* et deinceps usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

92. — In Laudibus super psalmos *a.na Regnavit*. Haec antiphona dicatur in Laudibus super psalmos omnibus Dominicis usque ad Septuagesimam exclusive, et in Dominica *Deus omnium* et deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

— Cap. *Benedictio.* Hoc capitulum dicatur in Dominicis usque ad Quadragesimam exclusive, et in Dominica *Deus omnium*, et deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur. — Hymn. *Ecce jam.* Iste hymnus, et praecedens *Nocte surgentes*, dicantur (*) omnibus Dominicis et feriis per totum annum ad Matutinas et Laudes quando de Tempore agitur, nisi in Quadragesima, et in Paschali Tempore, et in Adventu. — ℣. *Dominus regnavit.* Iste versiculus in Dominicis dicatur ad Laudes usque ad Septuagesimam exclusive, et in Dominica *Deus omnium*, et deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur. — Ad *Bened.* a.na *Nuptiae.*

93. — Ad Primam, Hymn. *Jam lucis*, a.na *Gloria tibi*, ps. *Deus in nomine*, ps. *Beati immaculati*, ps. *Retribue. Quicumque.* Cap. *Regi saeculorum.* ℟. *Jesu Christe.* Chorus repetat: *Jesu Christe.* ℣. *Qui sedes.* Chorus: *Miserere. Gloria.* Chorus: *Jesu Christe.* Et hoc modo dicantur responsoria Horarum, nisi illa de quibus aliter est notatum. Versiculus *Exsurge. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Vivet anima.* ℟. *Et judicia. Erravi.* ℟. *Quaere. Credo. Carnis.* Deinde *Confiteor. Misereatur.* ℣. *Dignare. Dominus vobiscum.* Oratio. *In hac hora. Dominus vobiscum. Benedicamus Domino.* Et hoc modo terminentur Tertia, Sexta et Nona.

94. — Praedictus hymnus *Jam lucis*, dicatur per totum annum ad Primam, nisi in Coena Domini, et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, et nisi in die Animarum.

95. — Psalmi vero semper dicantur, nisi quod in Septuagesima, et deinceps in Dominicis usque ad Pascha exclusive, adduntur alii secundum quod in Dominica Septuagesimae sunt notati. — *Quicumque vult* dicatur semper in Dominicis, nisi si festum totum duplex evenerit.

96. — Capitulum *Regi* dicatur ad Primam omnibus Dominicis et festis etiam trium lectionum et per omnes octavas, nisi in Coena Domini, et in hebdomada Paschae, quando nullum capitulum dicitur, et nisi in die Animarum. Dicitur etiam in Sabbatis, quando de Beata Virgine agitur in Conventu.

(*) Columna X.

97. — Responsorium *Jesu Christe* semper dicatur, nisi in Dominica in Passione et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, quando de tempore agitur, et nisi in die Animarum.

98. — Versus *Qui sedes* semper dicatur, nisi in Dominica in Passione et deinceps usque ad diem Pentecostes exclusive, et nisi in Adventu, et deinceps usque in crastinum octavae Epiphaniae exclusive, et nisi quando de Beata Virgine agitur in Conventu, et nisi in die Animarum. Tempore tamen Passionis dicatur in festis Sanctorum, nisi in Annuntiatione.

99. — Versiculus *Exsurge* semper dicatur, nisi in die Coenae et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, et nisi in die Animarum.

100. — Preces etiam quotidie dicendae sunt, nisi in Coena Domini et deinceps usque ad secundam feriam post Dominicam in Albis exclusive, et nisi in hebdomada Pentecostes, et nisi infra octavam Natalis Domini, et in duplicibus et totis duplicibus, et nisi in die Animarum.

101. — *Confiteor* in Prima semper dicatur, nisi in triduo ante Pascha.

102. — Oratio *In hac hora* semper dicatur, quando dicitur capitulum *Regi saeculorum.* Dicitur etiam in quatuor diebus ultimis in hebdomada Paschae.

103. — Ad Tertiam Hymn. *Nunc sancte.* A.na *Laus*, ps. *Legem, Memor, Bonitatem.* Cap. *Deus caritas.* ℟. *Inclina.* ℣. *Adjutor.*

Ad Sextam Hymn. *Rector.* A.na *Gloria laudis*, ps. *Defecit*, *Quomodo*, *Iniquos.* Cap. *Gratia Domini.* ℟. *In aeternum.* ℣. *Dominus regit.*

Ad Nonam Hymn. *Rerum.* A.na *Ex quo omnia*, ps. *Mirabilia*, *Clamavi*, *Principes.* Cap. *Tres sunt.* ℟. *Clamavi.* ℣. *Ab occultis.*

Praedicti tres hymni ad Tertiam, Sextam et Nonam semper dicantur nisi in Coena Domini et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, et nisi quod in hebdomada Pentecostes ad Tertiam, loco *Nunc sancte*, dicitur *Veni Creator*, et praeterquam in die Animarum.

Psalmi vero semper dicantur.

104. — Antiphona *Gloria tibi Trinitas* ad Primam, et tres su-

pra positae ad Tertiam, Sextam et Nonam dicantur omnibus Dominicis usque ad Septuagesimam exclusive, et in Dominica *Deus omnium* et deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur. Tria vero capitula praecedentia ad Tertiam, Sextam et Nonam dicantur in Dominicis usque ad primam Dominicam Quadragesimae exclusive, et in Dominica *Deus omnium* et deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

105. — Responsoria autem Horarum dicantur in Dominicis usque ad Septuagesimam exclusive, et in Dominica *Deus omnium* et deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

Versiculi autem dicantur in Dominicis et feriis, quando de Tempore agitur, usque ad primam Dominicam in Quadragesima exclusive. Dicantur etiam in Dominica *Deus omnium* et deinceps omnibus Dominicis et feriis usque ad Adventum exclusive, quando de Tempore agitur.

106. — Ad Vesperas a.na *Dixit Dominus*, ps. *Ipsum*; a.na *Fidelia*, ps. *Confitebor*; a.na *In mandatis*, ps. *Beatus vir*; a.na *Sit nomen*, ps. *Laudate pueri*; a.na *Nos qui vivimus*, ps. *In exitu.* Cap. *Dominus dirigat.* Hymn. *Lucis.* ℣. *Dirigatur.* Ad *Magn.* a.na *Deficiente.* — Praedicti psalmi dicantur omnibus Dominicis in Vesperis quando de simplici Dominica agitur. Antiphonae vero super psalmos dicantur in Dominicis usque ad Dominicam in Ramis inclusive, et in Dominica *Deus omnium* et deinceps in Dominicis usque ad vigiliam Natalis, quando de Dominica agitur.

107. — Capitulum *Dominus dirigat* dicatur omnibus Dominicis in secundis Vesperis et per ferias, quando de Tempore agitur, usque ad diem Cinerum exclusive. Dicatur etiam in Dominica *Deus omnium* et deinceps usque ad Adventum exclusive omnibus Dominicis in secundis Vesperis et per ferias, quando de Tempore agitur.

108. — Hymnus *Lucis* et versiculus *Dirigatur* dicantur omnibus Dominicis in secundis Vesperis et per ferias, quando de Tempore agitur, usque ad Vesperas Sabbati ante primam Dominicam Quadragesimae exclusive. Dicantur etiam in Dominica *Deus omnium* et deinceps usque ad Adventum exclusive, omnibus Dominicis (*) in secundis Vesperis et per ferias, quando de Tempore agitur.

(*) Columna XI.

109. — Feria secunda Invitatorium *Venite*, quo cantato a Choro, Frater qui incepit prosequatur ps. *Jubilemus*. In nocturno a.na *Dominus defensor*, ps. *Dominus illuminatio*, ps. *Ad te Domine clamavi*, *Gloria*; a.na *Adorate*, ps. *Afferte*, ps. *Exaltabo*, *Gloria*; a.na *In tua*, ps. *In te Domine j*, ps. *Beati quorum*, *Gloria*; a.na *Rectos*, ps. *Exultate justi*, ps. *Benedicam*, *Gloria*; a.na *Expugna*, ps. *Judica Domine*, ps. *Dixit injustus*, *Gloria*; a.na *Revela*, ps. *Noli*; ps. *Domine ne ij*, *Gloria*. ℣. *Domine in caelo*. ℟. *Quam magna*. ℣. *Perfecisti*. *Quam absconditi*. ℟. *Benedicam*. ℣. *In Domino*. *Semper*. ℟. *Delectare*. ℣. *Spera*. *Et dabit*. *Gloria*. *Et dabit*. — ℣. *Fiat misericordia*.

110. — In Laudibus a.na *Miserere*, ps. *Ipsum*; a.na *Intellige*, ps. *Verba*; a.na *Deus Deus*, ps. *Ipsum*; a.na *Conversus*, cant. *Confitebor*; a.na *Laudate*, ps. *Ipsum*. Cap. *Nox praecessit*. ℣. *In matutinis*. Ad *Bened*. a.na *Benedictus*. Dicta antiphona subjungatur *Kyrie eleison*. *Christe eleison*. *Kyrie eleison*. *Pater noster*. *Et ne nos*. *Dominus vobiscum*. Deinde oratio. Hoc modo dicantur preces ad Tertiam, Sextam, et Nonam et Vesperas, quando fiunt prostrationes, nisi in Parasceve et in Sabbato Paschae.

111. — Ad Primam a.na *Deus exaudi*. Cap. *Pacem*. Oratio *Domine Deus omnipotens*. Cetera ut supra in Prima de Dominica est notatum. Cap. *Pacem* et oratio *Domine Deus* dicantur omnibus diebus profestis ad Primam, nisi in Parasceve et in Sabbato Sancto. — Ad Tertiam a.na *Deduc*. Cap. *Sana me*. ℟. *Sana animam*. — Ad Sextam a.na *Adjuva*. Cap. *Alter alterius*. ℟. *Benedicam*. — Ad Nonam a.na *Aspice*. Cap. *Empti*. ℟. *Redime*.

Ad Vesperas a.na *Inclinavit*, ps. *Dilexi*; a.na *Credidi*, ps. *Ipsum*; a.na *Laudate*, ps. *Ipsum*; a.na *Clamavi*, ps. *Ad Dominum*; a.na *Auxilium*, ps. *Levavi*. Ad *Magn*. a.na *Magnificat*.

112. — Feria tertia Invitat. *Jubilemus*. In nocturno a.na *Ut non delinquam*, ps. *Dixi custodiam*, ps. *Exspectans*, *Gloria*; a.na *Sana*, ps. *Beatus qui*, ps. *Quemadmodum*, *Gloria*; a.na *Eructavit*, ps. *Deus auribus*, ps. *Eructavit*, *Gloria*; a.na *Adjutor*, ps. *Deus noster*, ps. *Omnes*, *Gloria*; a.na *Auribus*, ps. *Magnus*, ps. *Audite*, *Gloria*; a.na *Deus deorum*, ps. *Ipsum*, ps. *Quid gloriaris*, *Gloria*. ℣. *Immola*. ℟. *Auribus*. ℣. *Dixi*. *Quoniam*. ℟. *Statuit*. ℣. *Exspectans*. *Et immisit*. ℟ *Ego dixi*. ℣. *Domine ne*. *Sana*.

Gloria. Sana. — In Laudibus a.na *Secundum*, ps. *Miserere*; a.na *Salutare*, ps. *Judica me Deus*; a.na *Ad te*, ps. *Deus Deus*; a.na *Cunctis*, cantic. *Ego dixi*; a.na *Omnes*, ps. *Laudate*. Ad *Bened.* a.na *Erexit.* — Ad *Vesperas* a.na *In domum*, ps. *Laetatus*; a.na *Qui habitas*, ps. *Ad te levavi*; a.na *Adjutorium*, ps. *Nisi quia*; a.na *Benefac*, ps. *Qui confidunt*; a.na *Facti*, ps. *In convertendo.* Ad *Magn.* a.na *Exsultavit.*

113. — Feria quarta Invitat. *In manu.* In nocturno a.na *Avertet*, ps. *Dixit insipiens*, ps. *Exaudi Deus j*, *Gloria*; a.na *Quoniam*, ps. *Miserere mei*, *Deus, quoniam*, ps. *Miserere mei*, *Deus, miserere*, *Gloria*; a.na *Juste*, ps. *Si vere*, ps. *Eripe j*, *Gloria*; a.na *Da nobis*, ps. *Deus repulisti*, ps. *Exaudi Deus deprecationem*, *Gloria*; a.na *A timore*, ps. *Nonne*, ps. *Exaudi Deus orationem*, *Gloria*; a.na *In ecclesiis*, ps. *Jubilate j*, ps. *Exurgat*, *Gloria.* ℣. *Deus vitam.* ℟. *Ne perdideris.* ℣. *Miserere. Neque.* ℟. *Paratum.* ℣. *Exurge. Cantabo.* ℟. *Adjutor.* ℣. *Eripe. Deus. Gloria. Deus.* — In Laudibus a.na *Amplius*, ps. *Miserere*; a.na *Te decet*, ps. *Ipsum*; a.na *Labia*, ps. *Deus Deus*; a.na *Dominus*, cant. *Exultavit*; a.na *Caeli*, ps. *Laudate.* Ad *Bened.* a.na *Salutem.* — Ad Vesperas a.na *Beatus*, ps. *Nisi Dominus*; a.na *Beati omnes*, ps. *Ipsum*; a.na *Benediximus*, ps. *Saepe*; a.na *De profundis*, ps. *Ipsum*; a.na *Speret*, ps. *Domine non.* Ad *Magn.* a.na *Respexisti.*

114. — Feria quinta Invitat. *Adoremus.* In nocturno a.na *Domine*, ps. *Salvum*, ps. *Deus in adjutorium*, *Gloria*; a.na *Esto*, ps. *In te*, ps. *Deus judicium*, *Gloria*; a.na *Liberasti*, ps. *Quam bonus*, ps. *Ut quid*, *Gloria*; a.na *In Israel*, ps. *Confitebimur*, ps. *Notus*, *Gloria*; a.na *Tu es*, ps. *Voce*, ps. *Attendite*, *Gloria*; a.na *Propitius*, ps. *Deus venerunt*, ps. *Qui regis*, *Gloria.* ℣. *Gaudebunt.* ℟. *Deus in te.* ℣. *Esto. Libera.* ℟. *Repleatur.* ℣. *Deus ne elongeris. Deus ne.* ℟. *Gaudebunt.* ℣. *Sed et lingua. Et anima. Gloria. Et anima.* — In Laudibus a.na *Tibi*, ps. *Miserere*; a.na *Domine refugium*, ps. *Ipsum*; a.na *In matutinis*, ps. *Deus Deus*; a.na *In aeternum*, cant. *Cantemus*; a.na *In sanctis*, ps. *Laudate.* Ad *Bened.* a.na *In sanctitate.* — Ad Vesperas a.na *Et omnis*, ps. *Memento*; a.na *Ecce quam*, ps. *Ipsum*; a.na *Omnia*, ps. *Laudate nomen*; a.na *Quoniam*, ps. *Confitemini*; a.na *Hymnum*, ps. *Super flumina.* Ad *Magn.* a.na *Deposuit.*

115. — Feria sexta Invitat. *Dominum, qui fecit.* In nocturno a.na *Exsultate*, ps. *Ipsum*, ps. *Deus stetit*, *Gloria*; a.na *Tu solus*, ps. *Deus, quis similis*, ps. *Quam dilecta*, *Gloria*; a.na *Benedixisti*, ps. *Ipsum*, ps. *Inclina*, *Gloria*; a.na *Fundamenta*, ps. *Ipsum*, ps. *Domine Deus salutis*, *Gloria*; a.na *Benedictus*, ps. *Misericordias*, ps. *Deus ultionum*, *Gloria*; a.na *Cantate*, ps. *Ipsum*, ps. *Dominus regnavit, exsultet*, *Gloria*. ℣. *Beatus homo.* ℟. *Confitebor.* ℣. *Et eripuisti. Quia.* ℟. *Misericordia tua.* ℣. *Deus iniqui. Et liberasti.* ℟. *Factus est.* ℣. *Deus ultionum. In auxilium. Gloria. In auxilium.* — In Laudibus a.na *Spiritu*, ps. *Miserere*; a.na *In veritate*, ps. *Domine exaudi ij*; a.na *Illumina*, ps. *Deus Deus*; a.na *Domine audivi*, cant. *Ipsum*; a.na *In tympano*, ps. *Laudate.* Ad *Bened.* a.na *Per viscera.* — Ad Vesperas a.na *In conspectu*, ps. *Confitebor*; a.na *Domine probasti*, ps. *Ipsum*; a.na *A viro*, ps. *Eripe*; a.na *Domine clamavi*, ps. *Ipsum*; a.na *Portio*, ps. *Voce.* Ad *Magn.* a.na *Suscepit.*

116. — Sabbato Invitat. *Dominum Deum.* In nocturno a.na *Quia*, ps. *Cantate ij*, ps. *Dominus regnavit, irascantur*, *Gloria*; a.na *Jubilate*, ps. *Ipsum*, ps. *Misericordiam*, *Gloria*; a.na *Clamor*, ps. *Domine exaudi j*, ps. *Benedic. j*, *Gloria*; a.na *Benedic.*, ps. *Ipsum*, ps. *Confitemini j*, *Gloria*; a.na *Visita*, ps. *Confitemini ij*, ps. *Confitemini iij*, *Gloria*; a.na *Confitebor*, ps. *Paratum*, ps. *Deus laudem*, *Gloria*. ℣. *Domine exaudi.* ℟. *Misericordiam.* ℣. *Perambulabam. Psallam.* ℟. *Domine exaudi.* ℣. *De profundis. Quia.* ℟. *Velociter.* ℣. *Dies. Quia. Gloria. Dies.* — In Laudibus a.na *Benigne*, ps. *Miserere*; a.na *Bonum est*, ps. *Ipsum*; a.na *Metuant*, ps. *Deus Deus*; a.na *Et in servis*, cant. *Audite*; a.na *In cymbalis*, ps. *Laudate.* Ad *Bened.* a.na *In viam.*

117. — Sciendum (*) quod ordo praecedentis hebdomadae de invitatoriis, antiphonis, psalmis et canticis, capitulis, versiculis et Horarum responsoriis ita servandus est, quando de feria agitur, videlicet, ut invitatoria dicantur ab octava Epiphaniae usque ad Dominicam in Passione; capitula usque ad feriam quartam in Capite Jejunii exclusive; versiculi, antiphonae et responsoria ad Horas, usque ad Dominicam primam Quadragesimae. Singula praedictorum quatuor: a *Deus*

(*) Columna XII.

omnium usque ad Adventum. Item antiphonae et psalmi de nocturnis usque ad Coenam Domini exclusive, et a *Deus omnium* usque ad Nativitatem Domini. Item antiphonae Laudum usque ad Ramos Palmarum, et a *Deus omnium* usque ad feriam in qua incipiuntur antiphonae Laudum notatae ante vigiliam Natalis Domini exclusive. Item psalmi et cantica Laudum, usque ad Sabbatum Paschae exclusive, et a *Deus omnium* usque ad vigiliam Natalis exclusive. Item antiphonae et psalmi ad Vesperas usque ad Coenam Domini exclusive, et a *Deus omnium*, usque ad vigiliam Natalis Domini. Item antiphonae ad *Benedictus* et ad *Magnificat* dicuntur usque ad Septuagesimam, et a *Deus omnium* usque ad Adventum.

118. — **Dominica secunda post octavam Epiphaniae.** Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem.* Ad *Bened.* a.na *Cum autem.* — Ad *Magn.* a.na *Domine, si vis.*

119. — **Dominica tertia.** Oratio *Deus qui nos in tantis.* Ad *Bened.* a.na *Ascendente.* — Ad *Magn.* a.na *Domine, salva.*

120. — **Dominica quarta.** Oratio *Familiam.* Ad *Bened.* a.na *Domine, nonne.* — Ad *Magn.* a.na *Colligite.*

121. — **Dominica quinta** omnia fiant sicut in quarta Dominica praecedenti.

122. — **Dominica in Septuagesima**, Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Igitur.* Oratio. *Preces. Benedicamus* dicatur cum duplici *Alleluia* et ab uno. Abhinc usque ad Missam vigiliae Paschae, non dicatur *Alleluia*, sed in principio Horarum post *Sicut erat*, dicatur *Laus tibi, Domine.*

123. — Ad Matutinum Invitat. *Praeoccupemus.* Praedictum invitatorium non resumatur post *Salutari nostro*, sed post *Jubilemus ei*, et dicatur in Dominicis usque ad Quadragesimam exclusive, quando de Dominica agitur. — In primo nocturno ℟. *In principio fecit.* ℣. *Formavit. Ad imaginem.* ℟. *In principio Deus.* ℣. *Igitur. Et erant.* ℟. *Igitur.* ℣. *Viditque. Et requievit. Gloria. Ab omni.* — In secundo nocturno ℟. *Formavit.* ℣. *In principio. In animam.* ℟. *Tulit.* ℣. *Plantaverat. Ut operaretur.* ℟. *Dixit Dominus.* ℣. *Adae. Faciamus. Gloria. Faciamus.* — In tertio nocturno ℟. *Immisit.* ℣. *Cumque. Et vocavit.* ℟. *Ecce Adam.* ℣. *Cherubim. Videte.* ℟. *Ubi est.* ℣. *Maledictus. Ecce. Gloria. Ecce.*

124. — In Laudibus a.na *Miserere*, ps. *Ipsum*; a.na *Confitebor*, ps. *Confitemini iiij*; a.na *Deus Deus*, ps. *Ipsum*; a.na *Benedictus*, cant. *Benedicite*; a.na *Laudate*, ps. *Ipsum*. — Praedicti psalmi cum cantico dicantur in Laudibus omnibus Dominicis usque ad Ramos inclusive, quando de Dominica agitur. — ℣. *Domine refugium*. Hic versiculus dicatur in Laudibus Dominicis diebus usque ad Quadragesimam exclusive, quando de Dominica agitur. — Ad *Bened.* a.na *Simile.*

125. — Ad Primam a.na *Conventione*, ps. *Deus Deus meus respice*, *Dominus regit*, *Gloria*; *Domini est terra*, *Ad te Domine levavi*, *Gloria*; *Judica me Domine*, *Deus in nomine*, *Gloria*; *Dominus regnavit decorem*, *Beati immaculati*, *Gloria*; *Retribue*, *Gloria*; *Quicumque vult*, *Gloria*. — Praedicti psalmi dicantur praedicto modo in Dominicis diebus ad Primam usque ad Ramos inclusive, quando de Dominica agitur. — Ad Tertiam a.na *Ite et vos*. ℟. *Spes mea*. Postquam Frater, qui dicit, inceperit, Conventus statim prosequatur. Idem fiat de responsoriis Tertiae, Sextae, Nonae, positis in Dominicis usque ad Ramos inclusive, et de ℟. *In pace*. ℣. *In te confirmatus. A juventute. Gloria. Spes.* — Ad Sextam a.na *Quid hic*. ℟. *Esto nobis*. ℣. *A facie. Turris. Gloria. Esto.* — Ad Nonam a.na *Voca*. ℟. *Educ*. ℣. *Periit. Ut confiteatur. Gloria. Educ.* — Praedicta responsoria dicantur ad Horas singulis Dominicis diebus usque ad Quadragesimam exclusive, quando de Dominica agitur. — Ad *Magn.* a.na *Dixit pater*. — Per hebdomadam, quando de Tempore agitur, ad *Bened.* a.na *Hi novissimi*. Ad *Magn.* a.na *Erunt.*

126. — **Dominica in Sexagesima**, Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Benedicens*. Ad *Magn.* a.na *Erunt*. Oratio *Deus qui conspicis*. — Ad Matutinum in primo nocturno ℟. *Noe vir*. ℣. *Noe autem. Et fecit* ℟. *Quadraginta*. ℣. *Noe vero. Ingressi*. ℟. *Requievit*. ℣. *Decimo. Et aquae. Gloria. Et aquae.* — In secundo nocturno ℟. *Volens*. ℣. *Deferens. Ad arcam*. ℟. *Aedificavit*. ℣. *Ecce, Crescite*. ℟. *Ponam*. ℣. *Cumque. Et recordabor. Gloria. Et recordabor.* — In tertio nocturno ℟. *Per memetipsum*. ℣. *Arcum. Ut non*. ℟. *Ecce ego*. ℣. *Erit. Neque*. ℟. *Benedicens*. ℣. *Hoc erit. Ad imaginem. Gloria. Ad imaginem.* — In Laudibus a.na *Secundum,* a.na *Deus meus,* a.na *Ad te*, a.na *Hymnum,* a.na *Omnes angeli*. Ad *Bened.* a.na *Cum turba*. — Ad Primam a.na *Semen*. — Ad Tertiam a.na

Semen. — Ad Sextam a.na *Jesus.* — Ad Nonam a.na *Qui verbum.* — Ad *Magn.* a.na *Vobis.* — Per hebdomadam, quando de Tempore agitur, ad *Bened.* a.na *Semen.* Ad *Magn.* a.na *Quod autem.*

127. — **Dominica in Quinquagesima**, Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Dum staret.* Ad *Magn.* a.na *Quod autem.* Oratio *Preces nostras.* — Ad Matutinum in primo nocturno ℟. *Locutus.* ℣. *Benedicens. In gentem.* ℟. *Revertenti.* ℣. *Benedictus. Et benedixit.* ℟. *Dixit autem.* ℣. *Ex te. Et erit. Gloria. Et erit.* — In secundo nocturno ℟. *Dum staret.* ℣. *Cumque elevasset. Et unum.* ℟. *Clamor.* ℣. *Abraham. Descendam.* ℟. *Ascendens.* ℣. *Recordatus. Abraham. Gloria. Abraham.* — In tertio nocturno ℟. *Tentavit.* ℣. *Vocatus. Tolle.* ℟. *Angelus.* ℣. *Cumque. Ne extendas.* ℟. *Deus domini.* ℣. *Obsecro. Ut cum. Gloria. In domum.* — In Laudibus a.na *Averte,* a.na *Fortitudo*, a.na *In matutinis,* a.na *Benedicamus,* a.na *Juvenes.* Ad *Bened.* a.na *Ecce ascendimus.* — Ad Primam a.na *Iter faciente.* — Ad Tertiam a.na *Transeunte.* — Ad Sextam a.na *Caecus.* — Ad Nonam a.na *Caecus magis.* — Ad *Magn.* (*) a.na *Stans autem.*

Feria secunda et tertia, quando de Tempore agitur, ad *Bened.* a.na *Tradetur.* — Ad *Magn.* a.na *Omnis plebs.*

128. — **Feria quarta in Capite Jejunii.** In Laudibus cap. *Convertimini.* — Ad *Bened.* a.na *Cum jejunatis.* Oratio *Praesta, Domine, fidelibus tuis.* — Hac die et deinceps, usque ad Coenam Domini exclusive, orationes, quae in singulis feriis sunt notatae ad Laudes, dicantur ad Tertiam, Sextam et Nonam, quando de Tempore agitur. Ad Vesperas vero dicantur propriae quae notatae sunt per singulas ferias, nisi in Sabbatis, in quibus semper dicitur oratio sequentis Dominicae. — Ad Tertiam cap. *Convertimini.* — Ad Sextam cap. *Derelinquat.* — Ad Nonam cap. *Frange.* — Ad Vesperas cap. *Convertimini.* Ad *Magnif.* a.na *Thesaurizate.* Oratio *Inclinantes.* — Praedicta tria capitula dicantur quotidie ad Horas in quibus notata sunt, diebus profestis, usque ad Dominicam in Passione. — Hac die, et deinceps quotidie per totam Quadragesimam, dicantur Vesperae ante prandium, nisi in Dominicis diebus.

(*) Columna XIII.

129. — Feria quinta ad *Bened.* a.na *Domine.* Oratio *Deus qui culpa.* — Ad *Magn.* a.na *Domine, non sum.* Oratio *Parce.*

Feria sexta ad *Bened.* a.na *Cum facis.* Oratio *Inchoata.* — Ad *Magn.* a.na *Tu autem.* Oratio *Tuere.*

Sabbato ad *Bened.* a.na *Quare jejunavimus.* Oratio *Adesto.*

130. — **Dominica prima in Quadragesima.** Sabbato praecedenti ad Vesperas Cap. *Hortamur.* ℟. *Emendemus.* Hymn. *Audi benigne.* ℣. *Angelis.* Ad *Magn.* a.na *Ecce nunc.* Oratio *Deus qui Ecclesiam.*

131. — Ad Completorium ℟. *In pace.* Ad versum sedeat Chorus; qui semper cantetur ab uno cui injunctum fuerit. ℣. *Si dedero. Dormiam. Gloria. In pace.* Hoc responsorium dicatur tantum in Sabbatis et Dominicis diebus et festivis in utroque Completorio, usque ad Sabbatum ante Dominicam in Passione exclusive. Ceteris autem diebus dicatur ℟. *In manus.* — Hymn. *Christe qui lux.* Praedictus hymnus dicatur quotidie usque ad diem Coenae exclusive. — Ad *Nunc dimittis* a.na *Evigila.* Haec antiphona dicatur super *Nunc dimittis* per quindecim dies, nisi in Annuntiatione quando infra hoc tempus evenerit.

132. — Ad Matutinum Invitat. *Non sit vobis.* Hymn. *Summi lagitor.* — In primo nocturno ℣. *Dicet Domino.* ℟. *Ecce nunc.* ℣. *In omnibus. Per arma.* ℟. *In omnibus* ℣. *Ecce. Ut non.* ℟. *Emendemus.* ℣. *Peccavimus. Attende. Gloria. Attende.* — In secundo nocturno ℣. *Ipse liberavit.* ℟. *Paradisi.* ℣. *Ecce. Ut in die.* ℟. *Scindite.* ℣. *Revertimi. Et convertimini.* ℟. *Abscondite.* ℣. *Date. Quia. Gloria. Quia.* — In tertio nocturno ℣. *Scapulis.* ℟. *In jejunio.* ℣. *Inter vestibulum. Parce.* ℟. *Tribularer.* ℣. *Et Petrum. Qui Cananaeam.* ℟. *Ductus est.* ℣. *Et cum jejunasset. Et accedens. Gloria. Si Filius.* — ℣. *In manibus.* — In Laudibus a.na *Cor mundum*, a.na *O Domine*, a.na *Sic benedicam*, a.na *In spiritu*, a.na *Laudate.* Cap. *Hortamur.* Hymn. *Jam Christe.* ℣. *Scuto.* Ad *Bened.* a.na *Ductus.*

133. — Ad Primam a.na *Jesus.* — Ad Tertiam a.na *Non in solo.* Cap. *Hortamur.* ℟. *Participem.* ℣. *Aspice. Et custodientium. Gloria. Participem.* ℣. *Dicet Domino.* — Ad Sextam a.na *Tunc assumpsit.* Cap. *Ecce nunc tempus.* ℟. *Ab omni.* ℣. *A judiciis. Ut custodiam. Gloria. Ab omni.* ℣. *Ipse liberavit.* — Ad Nonam a.na *Vade Satana.* Cap. *In omnibus.* ℟. *Septies.* ℣. *Erravi. Ne perdas.*

Gloria. Septies. ℣. *Scapulis.* — Praedicta responsoria dicantur ad Horas per quindecim dies, quando de Tempore agitur.

134. — Ad Vesperas Cap. *Hortamur.* Praedicta tria capitula dicantur ad Horas in quibus notata sunt, in Dominicis diebus usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam in Passione exclusive. — Hymn. *Audi benigne.* ℣. *Angelis.* — Praedicti hymni et versiculi ad Matutinas et ad Vesperas et ad alias Horas in quibus notati sunt, dicantur usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam in Passione exclusive, quando de Tempore agitur. — Ad *Magn.* a.na *Reliquit.*

135 — Feria secunda ad *Bened.* a.na *Venite.* Oratio *Converte.* — Ad Primam a.na *Vivo ego.* — Ad Tertiam a.na *Advenerunt.* — Ad Sextam a.na *Commendemus.* — Ad Nonam a.na *Per arma.* — Antiphonae praedictae ad Horas dicantur quotidie in profestis diebus usque ad Passionem Domini. — Ad *Magn.* a.na *Quod uni.* Oratio *Absolve.*

Feria tertia ad *Bened.* a.na *Intravit.* Oratio *Respice.* — Ad *Magn.* a.na *Abiit Jesus.* Oratio *Ascendant.*

Feria quarta ad *Bened.* a.na *Generatio.* Oratio *Preces nostras.* — Ad *Magn.* a.na *Sicut.* Oratio *Mentes.*

Feria quinta ad *Bened.* a.na *Si vos.* Oratio *Devotionem.* — Ad *Magn.* a.na *Ego enim.* Oratio *Da quaesumus, Domine, populis.*

Feria sexta ad *Bened.* a.na *Angelus.* Oratio *Esto, Domine.* — Ad *Magn.* a.na *Qui me sanum.* Oratio *Exaudi.*

Sabbato ad *Bened.* a.na *Assumpsit.* Oratio *Populum.*

136. — **Dominica secunda in Quadragesima.** Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Det tibi.* Ad *Magn.* a.na *Domine.* Oratio *Deus qui conspicis.* — Ad Matutinum Invitat. *Quoniam Deus.* Hic versus in psalmo intermittatur a Fratribus qui cantant *Venite,* postquam secunda vice a Conventu invitatorium cantatum fuerit, et incipiant ibi *Quoniam non repellet.* — In primo nocturno ℟. *Tolle.* ℣. *Cumque. Et benedicat.* ℟. *Ecce odor.* ℣. *Qui maledixerit. Et donet.* ℟. *Det tibi.* ℣. *Et incurventur. Esto. Gloria. Esto.* — In secundo nocturno ℟. *Quis igitur.* ℣. *Dominum tuum. Benedixique.* ℟. *Dum exiret.* ℣. *Vere Dominus. Non est.* ℟. *Si Dominus.* ℣. *Surgens. Erit. Gloria. Et lapis.* — In tertio nocturno ℟. *Erit mihi.* ℣. *Si Dominus. Decimas.* ℟. *Dixit Angelus.* ℣. *Nequaquam. Et*

benedixit. ℟. *Oravit.* ℣. *Deus in cujus. Erue. Gloria. Erue.* — In Laudibus a.na *Domine labia,* a.na *Dexteram,* a.na *Factus,* a.na *Trium puerorum,* a.na *Statuit.* Ad *Bened.* a.na *Egressus.* — Ad Primam a.na *Accedentes.* — Ad Tertiam a.na *Non sum missus.* — Ad Sextam a.na *O mulier.* — Ad Nonam a.na *Vade mulier.* — Ad *Magn.* a.na *Dixit Dominus.*

137. — Feria secunda ad *Bened.* a.na *Ego principium.* Oratio *Praesta.* — Ad *Magn.* a.na *Qui me misit.* Oratio *Adesto.*

Feria tertia ad *Bened.* a.na *Unus est.* Oratio *Perfice.* — Ad *Magn.* a.na *Qui major.* Oratio *Propitiare.*

Feria quarta ad *Bened.* a.na *Ecce ascendimus.* Oratio *Populum* (*). — Ad *Magn.* a.na *Sedere.* Oratio *Deus innocentiae.*

Feria quinta ad *Bened.* a.na *Pater Abraham.* Oratio *Praesta nobis.* — Ad *Magn.* a.na *Fili recordare.* Oratio *Adesto.*

Feria sexta ad *Bened.* a.na *Malos.* Oratio *Da, quaesumus.* — Ad *Magn.* a.na *Quaerentes.* Oratio *Da, quaesumus, Domine.*

Sabbato ad *Bened.* a.na *Vadam.* Oratio *Da, quaesumus.*

138. — **Dominica tertia in Quadragesima.** Sabbato praecedenti ad Vesperas ℟. *Loquens.* Ad *Magn.* a.na *Dixit autem.* Oratio *Quaesumus omnipotens.*

139. — In Completorio ad *Nunc dimittis* a.na *Media vita* ℣. *Ne projicias.* Praecedens antiphona cum suo versu dicatur per quindecim dies super *Nunc dimittis,* nisi in Annuntiatione, si infra hoc tempus evenerit. Ad versum autem sedeat Chorus; qui cantetur ab uno cui injunctum fuerit.

140. — Ad Matutinum Invitat. *Ploremus.* — In primo nocturno ℟. *Videntes.* ℣. *Cumque. Venite.* ℟. *Dixit Judas.* ℣. *Quid enim. Caro.* ℟. *Videns Jacob.* ℣. *Congregatis. Fera. Gloria. Filium.* — In secundo nocturno ℟. *Joseph.* ℣. *Divertit. Manus.* ℟. *Memento.* ℣. *Tres enim. Ut suggeras.* ℟. *Dixit Ruben.* ℣. *Merito. En sanguis. Gloria. En sanguis.* — In tertio nocturno ℟. *Merito.* ℣. *Dixit Ruben. Idcirco.* ℟. *Tollite.* ℣. *Sumite. Deus.* ℟. *Loquens* ℣. *Elevavitque. Pax. Gloria. Pro salute.* — In Laudibus a.na *Fac benigne*, a.na *Dominus*, a.na *Deus misereatur*, a.na *Vim virtutis*, a.na *Sol et luna.* Ad

(*) Columna XIV.

Benedictus a.na *Et cum ejecisset.* — Ad Primam a.na *Si in digito.* — Ad Tertiam a.na *Dum fortis.* — ℟. *Bonum.* ℣. *Manus. Bonum. Gloria. Bonum.* — Ad Sextam a.na *Qui non.* ℟. *Servus.* ℣. *Ut discam. Da mihi. Gloria. Servus.* — Ad Nonam a.na *Cum immundus.* ℟. *Declara.* ℣. *Declaratio. Tuam. Gloria. Declara.* — Responsoria praenotata dicantur per quindecim dies ad Horas quando de Tempore agitur. — Ad *Magn.* a.na *Extollens.*

In Laudibus a.na *Gloria tibi Trinitas*, a.na *Laus et perennis*, a.na *Gloria laudis*, a.na *Laus Deo*, a.na *Ex quo*. Cap. *O altitudo*. Hymn. *O Trinitas*. ℣. *Sit nomen*. Ad *Bened*. a.na *Benedicta*. — Ad Tertiam Cap. *O altitudo* ℟. *Benedicamus*. ℣. *Benedictus*. — Ad Sextam Cap. *Gratia Domini*. ℟. *Benedictus*. ℣. *Verbo Domini*. — Ad Nonam Cap. *Tres sunt*. ℟. *Verbo Domini*. ℣ *Sit nomen*.

Ad Vesperas super psalmos a.na *Gloria tibi*, psalmi *Dixit Dominus, Confitebor, Beatus vir, Laudate pueri, Laudate Dominum omnes gentes*. Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn*. a.na *Te Deum*.

205\. — Per octavam, quando de octava agitur, Invitat. *Deum verum*. Ad *Bened*. vel ad memoriam in Laudibus a.na *Benedicta*. — Ad *Magn*. vel ad memoriam in Vesperis a.na *Te Deum*. — Caetera per octavam fiant secundum ordinem qui infra in rubrica de octavis Sanctorum notatus est, usque ad Vesperas sequentis Sabbati exclusive.

206\. — **Dominica prima post Festum Trinitatis** et deinceps usque ad primam Dominicam Augusti exclusive, quando de Tempore agitur, cantetur historia *Deus omnium*.

Sabbato vero praecedenti ad Vesperas ℟. *Deus qui eripuit.* Ad *Magn.* a.na *Loquere.* Oratio *Deus in te sperantium.*

207. — Ad Matutinum Invit. *Venite.* Hoc invitatorium dicatur usque ad Adventum Domini exclusive in Dominicis (*) quando de Dominica agitur. — In primo nocturno a.na *Pro fidei*, ps. *Beatus vir* et ceteri; a na *Juste*, ps. *Domine Deus meus*; a.na *Surge*, ps. *Salvum me fac Domine.* ℟. *Deus omnium.* ℣. *Dominus. Et unxit.* ℟. *Dominus.* ℣. *Misit. Ipse.* ℟. *Ego te.* ℣. *Fecique. Firmans. Gloria. In aeternum.* — In secundo nocturno a.na *Naturae*, ps. *Conserva*; a.na *Pectora*, ps. *Exaudi Domine*; a.na *Tu populum*, ps. *Diligam.* ℟. *Praeparate.* ℣ *Auferte. Et liberabit.* ℟. *Percussit.* ℣. *Nonne. Et abstulit.* ℟. *Montes.* ℣. *Omnes. Ubi. Gloria. Fortes.* — In tertio nocturno a.na *Sponsus*, ps. *Caeli*; a.na *Auxilium*, ps. *Exaudiat*; a.na *Rex sine*, ps. *Domine in virtute.* Praedictae antiphonae dicantur in nocturnis sicut notatae sunt omnibus Dominicis, quando de Dominica agitur, usque ad Adventum Domini exclusive. ℟. *Audi.* ℣. *Respice. Super.* ℟. *Peccavi.* ℣. *Quoniam. Et malum.* ℟. *Factum.* ℣. *Oro. Pater. Gloria. Pater.* In qualibet Dominica a *Deus Omnium* usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur, ℟. *Honor* loco noni responsorii dicatur, postquam dominicalis historia sive in feriis sive in Dominica fuerit percantata.

208. — Sequentes antiphonae dicendae sunt diebus Sabbatorum suo ordine ad *Magn.*, vel ad memoriam, usque ad Sabbatum ante primam Dominicam Augusti exclusive: a.na *Loquere*, a.na *Praevaluit*, a.na *Nonne*, a.na *Iratus*, a.na *Quis enim*, a.na *Doleo*, a.na *Dixit*, a.na *Montes*, a.na *Rex autem.*

209. — **Dominica prima Augusti,** et deinceps usque ad primam Dominicam Septembris exclusive, cantetur historia *In principio*, quando de Tempore agitur.

210. — Et notandum quod Dominica prima mensis appellatur illa quae propinquior est calendis, sive praecedat calendas, sive sequatur, sive sit in ipsis calendis. Si igitur calendae fuerint in Dominica, ibi est historia, quae illi Dominicae assignatur, nisi festum impediat, inchoanda. Si vero calendae fuerint secunda, tertia vel

(*) Columna XXII.

quarta feria, tunc in praecedenti Dominica historia inchoetur. Si autem quinta, vel sexta feria, vel Sabbato calendae fuerint, inchoari debet in sequenti Dominica.

211. — Sabbato ante primam Dominicam Augusti ad Vesperas ℟. *Gyrum.* Ad *Magn.* a.na *Omnis sapientia.* — In primo nocturno ℟. *In principio.* ℣. *Quando praeparabat. Ante omnes.* ℟. *Gyrum.* ℣. *Ego in altissimo. Superborum.* ℟. *Emitte.* ℣. *Da mihi. Ut sciam. Gloria. Omni.* — In secundo nocturno ℟. *Da mihi.* ℣. *Mitte. Quoniam.* ℟. *Domine pater.* ℣. *Ne derelinquas. Et animo.* ℟. *Super salutem.* ℣. *Dixi. Venerunt. Gloria. Venerunt.* — In tertio nocturno ℟. *Initium* ℣. *Dilectio. Laudatio.* ℟. *Magna.* ℣. *Deduxisti. Magnificasti.* ℟. *Verbum iniquum.* ℣. *Duo. Divitias. Gloria. Sed tantum.*

212. — Sequentes antiphonae sunt dicendae in Sabbatis ad *Magn.*, vel ad memoriam, quamdiu cantabitur historia *In principio*: a.na *Sapientia aedificavit*, a.na *Sapientia clamitat*, a.na *Dominus possedit*, a.na *Ego in altissimis.*

213. — **Dominica prima Septembris,** et deinceps usque ad tertiam Dominicam ejusdem mensis exclusive, idest per quindecim dies, quando de Tempore agitur, cantetur historia *Si bona.*

Sabbato vero praecedenti ad Vesperas ℟. *Antequam.* Ad *Magn.* a.na *Cum audisset.* — Si haec Dominica in calendis occurrerit, fiat sicut infra octavam Beati Augustini in festo Sancti Aegidii est notatum. — Sequenti Sabbato ad *Magn.* a.na *In omnibus.*

In primo nocturno ℟. *Si bona.* ℣. *Nudus. Sicut.* ℟. *Antequam.* ℣. *Ecce non est. Et venit* ℟. *Utinam.* ℣. *Quasi arena. In statera. Gloria. In statera.* — In secundo nocturno ℟. *Quare.* ℣. *Quod justum. Verumtamen.* ℟. *Induta.* ℣. *Dies mei. Memento.* ℟. *Paucitas.* ℣. *Remitte. Ad terram. Gloria. Ad terram.* — In tertio nocturno ℟. *Memento.* ℣. *Et non revertetur. Nec aspiciet.* ℟. *Ne abscondas.* ℣. *Corripe. Et formido.* ℟. *Nocte.* ℣. *O custos. Comparatus. Gloria. Et assimilatus.*

214. — **Dominica tertia Septembris,** et deinceps usque ad primam Dominicam Octobris exclusive, cantetur historia de Tobia Judith et Esther, quando de Tempore agitur.

Sabbato vero praecedenti ad Vesperas. ℟. *Omni tempore.* Ad

Magn. a.na *Ingressus.* — In primo nocturno ℟. *Peto.* ℣. *Omnia. Quia.* ℟. *Omni tempore.* ℣. *Inquire. Et omni.* ℟. *Tempus.* ℣. *Confitemini. Et enarrate. Gloria. Et enarrate.* — In secundo nocturno ℟. *Adonai.* ℣. *Benedictus. Exaudi.* ℟. *Dominator.* ℣. *Tu Domine. Exaudi.* ℟. *Spem in alium.* ℣. *Domine Deus. Qui irasceris. Gloria. Et omnia.* — In tertio nocturno ℟. *Conforta.* ℣. *Da nobis. Et da.* ℟. *Laudate.* ℣. *Laudate Dominum omnes gentes. Qui non.* ℟. *Domine rex.* ℣. *Exaudi. Propter. Gloria. Propter.*

215. — Duae sequentes antiphonae dicantur in Sabbatis ad *Magn.*, vel ad memoriam: a.na *Ne reminiscaris,* a.na *Adonai.* Si unum tantum Sabbatum fuerit, dimittatur a.na *Adonai.*

216. — **Dominica prima Octobris** et deinceps usque ad primam Dominicam Novembris exclusive, cantetur historia *Adaperiat*, quando de Tempore agitur.

Sabbato vero praecedenti ad Vesperas ℟. *Tua est.* Ad *Magn.* a.na. *Adaperiat.* — In primo nocturno ℟. *Adaperiat.* ℣. *Exaudiat. Concedat.* ℟. *Exaudiat.* ℣. *Det vobis. Nec vos.* ℟. *Tua est.* ℣. *Creator. Da pacem. Gloria. In diebus.* — In secundo nocturno. ℟. *Congregati.* ℣. *Disperge. Ut.* ℟. *Impetum.* ℣. *Mementote. Et nunc.* ℟. *Refulsit.* ℣. *Erat enim. Et fortitudo. Gloria. Et fortitudo.* — In tertio nocturno ℟. *Dixit Judas.* ℣. *Accingimini. Sicut.* ℟. *In hymnis.* ℣. *Ornaverunt. Qui magna.* ℟. *Ornaverunt.* ℣. *In hymnis Et facta. Gloria. In populo.*

217. — Sequentes antiphonae dicendae sunt in Sabbatis ad *Magn.*, vel ad memoriam, quamdiu cantabitur historia *Adaperiat*: a.na *Da pacem,* a.na *Tua est,* a.na *Accingimini*, a.na *Exaudiat.*

218. — **Dominica prima Novembris** et deinceps usque ad primam Dominicam Adventus exclusive, quando de Tempore agitur, cantetur historia *Vide Dominum.*

Sabbato vero praecedenti ad Vesperas ℟. *Aspice Domine de sede* Ad *Magn.* a.na *Vidi Dominum.* — In primo nocturno ℟. *Vidi Dominum.* ℣. *Seraphim. Et* (*) *ea.* ℟. *Aspice Domine de sede.* ℣. *Qui regis. Aperi.* ℟. *Aspice Domine quia.* ℣. *Plorans. Non est. Gloria.*

(*) Columna XXIII.

Non est. — In secundo nocturno ℟. *Super muros.* ℣. *Praedicabunt. Laudantes.* ℟. *Muro.* ℣. *Erue. Libera.* ℟. *Sustinuimus.* ℣. *Peccavimus. Non in. Gloria. Non.* — In tertio nocturno ℟. *Angustiae.* ℣. *Si enim. Melius.* ℟. *Misit Dominus.* ℣. *Misit Deus. Quia.* ℟. *Laudabilis.* ℣. *Beata gens. Hereditas. Gloria. Hereditas.*

219. — Sequentes antiphonae dicendae sunt in Sabbatis ad *Magn.*, vel ad memoriam, quamdiu cantabitur historia *Vidi Dominum*: a.na *Muro*, a.na *Qui caelorum,* a.na *Sustinuimus*, a.na *Aspice.*

220. — **Dominica prima post festum Trinitatis:** Oratio *Deus in te sperantium.* — Ad *Bened.* a.na *Homo quidam.* — Ad *Magn.* a.na *Pater Abraham.*

221. — **Dominica secunda:** Oratio *Sancti nominis.* — Ad *Bened.* a.na *Homo quidam.* — Ad *Magn.* a.na *Exi cito.*

222. — **Dominica tertia:** Oratio *Deprecationem.* — Ad *Bened.* a.na *Quis ex vobis.* — Ad *Magn.* a.na *Quae mulier.*

223. — **Dominica quarta:** Oratio *Protector.* — Ad *Bened.* a.na *Estote.* — Ad *Magn.* a.na *Nolite.*

224. — **Dominica quinta:** Oratio *Da nobis.* — Ad *Bened.* a.na *Ascendit.* — Ad *Magn.* a.na *Praeceptor.*

225. — **Dominica sexta:** Oratio *Deus qui diligentibus.* — Ad *Bened.* a.na *Audistis.* — Ad *Magn.* a.na *Si offers.*

226. — **Dominica septima:** Oratio *Deus virtutum.* — Ad *Bened.* a.na *Misereor.* — Ad *Magn.* a.na *Et accipiens.*

227. — **Dominica octava:** Oratio *Deus cujus providentia.* — Ad *Bened.* a.na *Attendite.* — Ad *Magn.* a.na *Non omnis.*

228. — **Dominica nona:** Oratio *Largire.* — Ad *Bened.* a.na *Dixit dominus villico.* — Ad *Magn.* a.na *Quid faciam.*

229. — **Dominica decima:** Oratio *Pateant.* — Ad *Bened.* a.na. *Cum appropinquaret.* — Ad *Magn.* a.na *Scriptum est.*

230. — **Dominica undecima:** Oratio *Deus qui omnipotentiam.* — Ad *Bened.* a.na *Duo homines.* — Ad *Magn.* a.na *Stans a longe.*

231. — **Dominica duodecima:** Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, qui abundantiam.* — Ad *Bened.* a.na *Exiens.* — Ad *Magn.* a.na *Bene omnia.*

232. — **Dominica tertiadecima:** Oratio *Omnipotens et miseri-*

cors. — Ad *Bened.* a.na. *Homo quidam.* — Ad *Magn.* a.na *Quis tibi.*

233. — **Dominica quartadecima:** Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, da nobis.* — Ad *Bened.* a.na *Cum ingrederetur.* — Ad *Magn.* a.na *Nonne decem.*

234. — **Dominica quintadecima:** Oratio *Custodi.* — Ad *Bened.* a.na *Nolite.* — Ad *Magn.* a.na *Quaerite.*

235. — **Dominica sextadecima:** Oratio *Ecclesiam tuam.* — Ad *Bened.* a.na *Ibat Jesus.* — Ad *Magn.* a.na *Accepit.*

236. — **Dominica decimaseptima:** Oratio *Tua nos.* — Ad *Bened.* a.na *Dixit Jesus.* — Ad *Magn.* a.na *Cum vocatus.*

237. — **Dominica decimaoctava:** Oratio *Da, quaesumus, Domine, populo.* — Ad *Bened.* a.na *Magister.* — Ad *Magn.* a.na *Quid vobis.*

238. — **Dominica decimanona:** Oratio *Dirigat.* — Ad *Bened.* a.na *Dixit Dominus paralytico.* — Ad *Magn.* a.na *Videntes.*

239. — **Dominica vigesima:** Oratio *Omnipotens et misericors Deus, universa.* — Ad *Bened.* a.na *Dicite.* — Ad *Magn.* a.na *Nuptiae.*

240. — **Dominica vigesimaprima:** Oratio *Largire, quaesumus, Domine, fidelibus.* — Ad *Bened.* a.na *Erat quidam.* — Ad *Magn.* a.na *Cognovit.*

241. — **Dominica vigesimasecunda:** Oratio *Familiam.* — Ad *Bened.* a.na *Dixit autem.* — Ad *Magn.* a.na *Serve nequam.*

242. — **Dominica vigesimatertia:** Oratio *Deus refugium.* — Ad *Bened.* a.na *Magister.* — Ad *Magn.* a.na *Reddite.*

243. — **Dominica vigesimaquarta:** Oratio *Absolve.* — Ad *Bened.* a.na *Loquente.* — Ad *Magn.* a.na *Confide.*

244. — **Dominica vigesimaquinta:** Oratio *Excita.* — Ad *Bened.* a.na *Cum sublevasset.* — Ad *Magn.* a.na *Illi homines.*

245. — Quando plures vel pauciores fuerint Dominicae quam vigintiquinque, legantur homiliae et dicantur orationes dominicales cum antiphonis ad *Magnificat* et ad *Benedictus* secundum ordinem qui infra in Rubrica post officium *Dicit Dominus* de Evangeliis est notatus. Hoc tamen sciendum quod, quando sunt viginti sex vel viginti septem hebdomadae, postquam homilia lecta fuerit in sua prima hebdomada, sive in Dominica, sive in aliqua feria, si in se-

quenti Dominica in qua repeti debuerat, festum occurrerit vel octava, non est ulterius repetenda.

246. — Notandum quod **in primo anno Dedicationis Ecclesiae,** officium inchoatur in Missa. In Hora vero quae sequitur Missam et deinceps in omnibus Horis usque ad Completorium sequentis diei inclusive, fiat officium totum duplex, et dicatur oratio *Deus qui invisibiliter* ad omnes Horas, praeterquam ad Completorium et Primam. In Vesperis diei quo Ecclesia dedicata est, cantetur responsorium et die sequenti in Matutinis fiant novem lectiones, vel tres Tempore Paschali. Octava vero, si celebranda fuerit, celebrabitur, revoluta hebdomada eo die quo Dedicatio facta fuerit; et dicetur oratio *Deus qui invisibiliter* quotidie per octavam, quando de ipsa agendum fuerit.

247. — Secundo autem anno et deinceps singulis annis in Anniversario, fiat officium sicut in toto duplici, et octava celebretur, praeterqnam in Adventu et deinceps usque ad octavam Epiphaniae, et in Septuagesima et deinceps usque ad octavam Paschae, et in diebus Rogationum et deinceps usque ad Dominicam *Deus omnium.* Quando autem octava non fit, infra octavam memoria non fiat de Dedicatione. Qnod si festum hoc infra octavam alicujus Sancti evenerit, durante octava de Sancto, fiat memoria de octava Dedicationis.

248. — Fratres de Conventu in quo festum hujusmodi celebratur, tam intus, quam extra, faciant officium de Dedicatione. Fratres etiam hospites, dum sunt praesentes in Conventu aliquo, faciant officium sicut fit in Conventu, tam de festo Dedicationis quam de aliis, quamvis per Ordinem generaliter non fiant. Postquam vero recesserint de Conventu, redeant ad officium consuetum.

249. — **In Dedicatione Ecclesiae et in Anniversario ejusdem.** Ad Vesperas super psalmos a.na *Sanctificavit.* Cap. *Vidi civitatem.* ℟. *Terribilis.* Hymn. *Urbs beata.* ℣. *Domum tuam.* Ad *Magn.* a.na *O quam.* — In primo anno: oratio *Deus qui invisibiliter.* — In secundo anno et deinceps: oratio *Deus qui nobis.*

Ad Matutinum Invitat. *Exsultemus.* Hymn. *Urbs beata.* — In primo nocturno a.na *Tollite*, ps. *Domini*; a.na *Vidit Jacob*, ps. *Deus noster*; a.na *Cum evigilasset*, ps. *Magnus.* ℣. *Domum tuam.*

℟. *In dedicatione.* ℣. *Obtulerunt. Et* (*) *in ore.* ℟. *Fundata.* ℣. *Venientes. Et dicent.* ℟. *Mane surgens.* ℣. *Vidit. Vere. Gloria. Et ego.* — In secundo nocturno a.na *Non est*, ps. *Quam dilecta*; a.na *Erexit*, ps. *Benedixisti*; a.na *Erit mihi*, ps. *Fundamenta.* ℣. *Haec est domus.* ℟. *Benedic.* ℣. *Domine si conversus. Exaudi.* ℟. *O quam.* ℣. *Mane. Non est.* ℟. *Orantibus.* ℣. *Domine exaudi. Et da. Gloria. Et da.* — In tertio nocturno a.na *Qui habitat*, ps. *Ipsum*; a.na *Domum istam*, ps. *Cantate j*; a.na *Fundamenta*, ps. *Dominus regnavit exsultet.* ℣. *Beati qui habitant.* ℟. *Lapides.* ℣. *Hic. Et turres.* ℟. *Domus mea.* ℣. *Domum. In ea.* ℟. *Terribilis.* ℣. *Cumque. Vere. Gloria. Et ego.* — ℣. *Domine dilexi.* — In Laudibus a.na *Domum tuam*, a.na *Haec est domus*, a.na *Domus mea*, a.na *Bene fundata*, a.na *Lapides.* Cap. *Vidi civitatem.* Hymn. *Angulare.* ℣. *Domus mea.* Ad *Bened.* a.na *Mane.*

Ad Tertiam Cap. *Vidi civitatem.* ℟. *Domum tuam.* ℣. *Haec est domus.* — Ad Sextam Cap. *Ecce tabernaculum.* ℟. *Haec est domus.* ℣. *Beati qui habitant.* — Ad Nonam Cap. *Fundamentum.* ℟. *Beati qui habitant.* ℣. *Domus mea.*

Ad Vesperas super psalmos a.na *Domum*, psalmi *Credidi*, *Laetatus*, *Nisi Dominus*, *Laudate Dominum quoniam*, *Lauda Jerusalem.* Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Zachaee.*

250. — Per octavam et in octava: Invitatorium de die. — Ad *Bened.* et ad *Magn.*, antiphonae de die. — Cetera fiant secundum modum octavarum de Sanctis.

251. — Tempore Paschali sic fiat officium: Ad Vesperas ut supra. — Ad Matutinum Invitatorium, hymnus ut supra; tres psalmi cum antiphonis et versiculo et tribus responsoriis secundum feriam et ordimem nocturnorum. — In Laudibus et ad Horas ut supra; post *Gloria* vero responsoriorum repetatur *Alleluia* et antiphonae omnes et versiculi et responsoria terminentur cum *Alleluja.*

(*) Columna XXIV.

DE FESTIS IN COMMUNI.

252. — In quacumque die festum simplex vel majus occurrerit, in ea celebrabitur, praeterquam in Dominicis Adventus et praeterquam in Septuagesima et Dominicis sequentibus usque ad Ramos inclusive, et praeterquam in die Cinerum, et praeterquam in feria secunda post Ramos et deinceps usque ad Dominicam in Albis inclusive, et praeterquam in die Ascensionis et in octava ejus, et in vigilia Pentecostes et deinceps usque ad festum Trinitatis inclusive. Excipitur festum Purificationis quod nunquam transfertur, et festum Annuntiationis, de quo fiat sicut infra, in Rubrica de translatione festivitatum, notatum est.

253. — Festum etiam trium lectionum, fiat in quacumque die occurrerit, nisi in Dominica, vel nisi festum simplex vel majus in eo fuerit celebrandum, et nisi quando historia *Domine ne in ira* propter brevitatem temporis inter octavam Epiphaniae et Septuagesimam, in festo trium lectionum fuerit cantanda, et nisi in quarta feria Cinerum et deinceps usque ad octavam Paschae inclusive, et nisi in prima die Rogationum, et deinceps usque ad octavam Ascensionis inclusive, et in vigilia Pentecostes et deinceps usque ad *Deus omnium* inclusive, et nisi in Sabbatis quando de beata Virgine agitur in Conventu, et in jejuniis Quatuor Temporum Septembris.

DE CONCOMITANTIA FESTIVITATUM.

254. — Si festum simplex vel majus post festum totum duplex immediate evenerit, primum festum scilicet totum duplex, in suo die habebit totas Vesperas, et de festo sequenti memoria tantum fiet. Excipitur festum Beati Patri Martyris, et festum Translationis Beati Dominici, quando aliquod eorum in vigilia Ascensionis occurrerit, quia tunc secundas Vesperas non habebit.

255. — Si vero festum totum duplex in crastino festi simplicis vel semiduplicis aut duplicis occurrerit celebrandum, festum totum duplex in primis Vesperis a principio inchoabitur, et de festo illius diei memoria tantum fiet.

256. — Si autem festum semiduplex occurrerit post festum semiduplex vel simplex, in die primi festi in Vesperis psalmi de ipso primo festo erunt; antiphona vero super psalmos et capitulum et quae sequuntur erunt de festo sequenti, et de festo illius diei fiet memoria.

257. — Quando vero festum simplex post festum semiduplex evenerit, festum semiduplex habebit in die suo totas Vesperas, et de festo simplici sequenti memoria tantum fiet.

258. — Quando autem unum festum simplex post aliud simplex evenerit, primum festum in die suo habebit in Vesperis antiphonam et psalmos; capitulum vero et quae sequuntur de sequenti festo erunt, et memoria fiet de primo festo. Quod de festo simplici et semiduplici supradictum est, intelligendum est quando primum festum habuit primas Vesperas. Si enim propter aliquod impedimentum festum semiduplex vel simplex non habuisset primas Vesperas, habere debet secundas, nisi festum duplex vel totum duplex sequatur.

259. — Si festum simplex vel majus in quocumque Sabbato fuerit celebrandum, habebit festum in ipso Sabbato totas Vesperas, etiam si Dominica secundas Vesperas non habeat, nisi in Sabbatis Adventus, et in Sabbato ante Septuagesimam et deinceps in Sabbatis usque ad Pascha, in quibus festum simplex vel semiduplex in Vesperis habebit psalmos et antiphonam, a capitulo vero inchoabitur de Dominica, et memoria postea de festo fiet. Festum vero duplex vel totum duplex omni tempore habebit totas Vesperas, et de Dominica sequenti memoria tantum fiet.

260. — Quando autem festum simplex post Dominicam occurrerit, psalmi et antiphonae de Dominica erunt, capitulum et quae sequuntur de festo. Si vero semiduplex vel duplex fuerit, psalmi de Dominica erunt, antiphona vero super psalmos et capitulum et quae sequuntur de festo sequenti erunt. Festum vero totum duplex a principio inchoabitur, et habebit totas Vesperas, et de Dominica fiet memoria.

261. — Sciendum autem quod Dominica infra octavam in omnibus censetur sicut festum simplex, nisi (*) quantum ad primas

---

(*) Columna XXV.

Vesperas, quando festum aliquod simplex infra octavas in Sabbato evenerit.

DE TRANSLATIONE FESTIVITATUM.

262. Si festum simplex vel majus in aliqua Dominica Adventus evenerit, vel in Dominica Septuagesimae et deinceps in aliqua Dominica usque ad Ramos exclusive, in secundam feriam transferatur, excepto festo Purificationis quod non transfertur, et festo Sanctorum Fabiani et Sebastiani, quod in praecedenti Sabbato celebrandum est, et festo Sanctae Agnetis, quod in crastinum Sancti Vincentii transferatur, si aliquod ipsorum in Dominica Septuagesimae evenerit. Quodcumqae autem festum simplex vel majus in die Cinerum occurrerit, in praecedenti tertia feria celebretur.

263. — Quando vero festum simplex vel supra in Dominica de Ramis Palmarum vel deinceps usque ad octavam Paschae inclusive evenerit, si simplex fuerit, illo anno nihil de eo fiat nisi memoria in Dominica et in secunda et tertia feria in utrisque Vesperis et in Laudibus, et in quarta feria in Laudibus. Semiduplex autem et majus in hebdomada post octavam Paschae transferatur, praeter festum Annuntiationis, quod si certo die generaliter ab omnibus fuerit in Patria celebrandum, celebretur etiam a Fratribus ipso die. Alioquin, sicut dictum est de aliis, transferatur.

264. Festivitates vero quae in praedictam hebdomadam transferentur, celebrentur per ferias vacantes ipsius septimanae, eo ordine quo fuerunt intermissae. Ita tamen quod, si festum aliquod, nisi trium fuerit lectionum, aliqua die praedictae hebdomadae occurrerit, in sua die celebretur, nec propter aliud festum extra suam diem transferatur. Quodlibet autem festum quod in secunda feria et deinceps per hanc hebdomadam fuerit celebrandum habebit primas Vesperas, et in secundis fiet de eo memoria, si aliud immediate fuerit celebrandum, nisi sit totum duplex, quod habebit etiam secundas Vesperas, in quibus fiet tantum memoria de festo celebrando post ipsum immediate. Festum vero sequens post totum duplex habebit secundas Vesperas, et sic deinceps si plura successive et immediate occurrerint celebranda.

265. — Quod si festum simplex vel majus in die Ascensionis vel in octava ejus evenerit in sequentem sextam feriam transferatur. Si vero in vigilia Pentecostes, in praecedenti sexta feria celebretur. Si autem in die Pentecostes vel deinceps usque ad festum Trinitatis inclusive festum semiduplex vel majus occurrerit, transferatur in sequentem feriam post festum Trinitatis. Quod si simplex fuerit, illo anno nihil de eo fiat.

DE FESTO TRIUM LECTIONUM.

266. — Sciendum quod de festo trium lectionum nihil fit in Coena Domini, et deinceps usque ad Dominicam in Albis inclusive, et in die Pentecostes et deinceps usque ad diem Trinitatis inclusive. Item quandocumque festum totum duplex in die festi trium lectionum fuerit celebrandum.

267. — Omnibus autem diebus Dominicis, et quando tempus ita breve fuerit inter octavam Epiphaniae et Septuagesimam quod in feriis intervenientibus oportet cantari historiam *Domine ne in ira*, et in quarta feria Cinerum et deinceps usque ad quartam feriam post Ramos inclusive, et in tribus diebus Rogationum, et infra octavam Ascensionis et in octava, et in vigilia Pentecostes, et infra octavam Trinitatis, et infra octavam Dedicationis et in octava die, tantum fit memoria de festo trium lectionum in Vesperis et in Laudibus, nisi quando in praedictis temporibus festum totum duplex in die festi trium lectionum fuerit celebrandum. Fit etiam tantum memoria de festo trium lectionum in Sabbatis quando de Beata Virgine agitur in Conventu, et in jejunis Quatuor Temporum Septembris, et quando festum semiduplex propter translationem in die ipsius fuerit celebrandum.

268. — Quando vero festum trium lectionum in crastino Dominicae vel festi simplicis aut semiduplicis debuerit celebrari, in primis Vesperis fiet tantum de ipso memoria, et sequenti die officium de ipso erit in Matutinis et Laudibus et Horis diei; ad Nonam autem semper terminatur. Si autem in crastino totius duplicis celebrari debuerit, in praecedenti die nihil fiet de eo, sed sequenti die officium de ipso agatur ut praedictum est. Quando vero in crastino feriae

vacantis occurrerit, in Vesperis praecedentibus ad capitulum inchoetur.

269. — Sic autem fiat: Ad Matutinum invitatorium sicut est notatum, ab uno dicatur. Antiphona una super novem psalmos de festo. Versiculus ante lectiones et tria responsoria dicantur secundum feriam de historia quae cantaretur si festum haberet novem lectiones extra Tempus Paschale, excepto festo Praxedis, in quo semper dicantur tria ultima responsoria. Tempore vero Paschali dicantur tantum tres psalmi cum antiphona de festo Paschalis Temporis; versiculus vero secundum ordinem nocturni. Tria responsoria sicut in festo simplici Paschalis Temporis. Oratio sicut est notata. Cetera fiant sicut in festo simplici, excepto quod non dicatur *Te Deum*, et prima antiphona Laudum sola dicitur in Laudibus super psalmos.

270. — Prostrationes autem non fiant quamdiu de eo agitur, similiter nec post gratiarum actiones quando in diebus jejuniorum evenerit, et nunquam transferatur.

DE FESTO SIMPLICI.

271. — Festum simplex subscripto modo celebretur, nisi majus festum praecedens impediat: In primis Vesperis antiphonae et psalmi secundum feriam, qui dicerentur si de feria ageretur, vel psalmi de festo, si praecesserit, vel de octavis, quando infra octavas evenerit, cum antiphona de festo praecedenti vel de octavis. Capitulum vero et quae sequuntur de festo erunt. Responsorium in Vesperis non cantetur.

272. — Invitatorium a duobus dicatur. Novem lectiones fiant extra Tempus Paschale (*); in Tempore vero Paschali tantum tres. Singula responsoria in Matutinis a singulis Fratribus cantentur. Responsoria Horarum ab uno dicantur. *Te Deum* cantetur, nisi a Septuagesima usque ad Pascha, et nisi in festo Innocentum, quando extra Dominicam fuerit.

273. —In Laudibus dicantur hi psalmi, scilicet *Dominus regnavit*

(*) Columna XXVI.

decorem, Jubilate ij, *Deus Deus*, Cant. *Benedicite,* ps. *Laudate Dominum de coelis*, cun quinque antiphonis, quae etiam dicantur ad Horas diei suo ordine, quarta praetermissa. Et hoc generaliter observetur, scilicet quod quandocumque antiphonae Laudum ad Horas dicantur, quarta intermittatur, sive de Tempore, sive de Sanctis agatur. Prima vero earum in festo simplici dicatur in secundis Vesperis super psalmos, praterquam in festis quae a Natali Domini usque ad octavam Epiphaniae occurrerint.

DE FESTO SEMIDUPLICI.

274. — In festo semiduplici in primis Vesperis una tantum antiphona dicatur de ipso festo super psalmos. Psalmi feriales, vel de festo, si praecesserit, vel de octavis, si infra octavas evenerit. Responsorium in primis Vesperis, et tertium et sextum et nonum in Matutinis, a duobus cantentur. Cetera omnia fiant sicut in festo simplici supra notatum est.

DE FESTO DUPLICI.

275. — In festis duplicibus et totis duplicibus Prior faciat Officium. Et sciendum quod quandocumque in Ordinario dicitur " Prior faciat hoc vel illud, vel Priori fiat hoc vel illud „ intelligendum est solum quando ipse facit officium. Quod si alius facit officium loco ejus, quidquid de Priore dicitur, de illo qui facit officium intelligatur, praeterquam in absolutione Fratris qui fuerit inungendus.

276. — In omni festo duplici in primis Vesperis, una tantum antiphona de ipso festo super psalmos dicatur, et psalmi sicut in semiduplicibus, nisi in festo Circumcisionis.

277. — Officium in utrisque Vesperis, et in Matutinis et in Laudibus et in Missa, in dextro Choro inchoetur; in quibus Horis Cantor et Succentor in medio Chori stare debent, et Chorum pariter regere. Omnes psalmos in praedictis Horis et canticum *Benedicite* singulariter unusquisque in suo Choro incipiat, hymnos vero et canticum

Magnificat et *Te Deum* et canticum *Benedictus*, ambo simul incipiant. Quando thurificandi sunt, stent in medio Chori simul.

278. — In praedictis etiam Horis antiphonae a Superioribus post Praelatum, quando ipse facit officium, inchoentur. Responsorium in primis Vesperis cantetur a quatuor quibus injunctum fuerit a Cantore. Cantor Priori antiphonam super *Magnificat* et super *Benedictus* ante canticum deferat et postea referat.

279. — Quicumque vero facit officium in Horis praedictis stet in dextro Choro in suo ordine, quousque vadat ad induendam cappam sericam. In aliis autem Horis non transferatur Chorus.

280. — Incepta antiphona ad *Magnificat* in utrisque Vesperis et ad *Benedictus* in Laudibus, thurificetur Altare secundum modum qui in rubrica de thurificatione notatus est.

281. — Versiculi et responsoria Horarum a duobus dicantnr.

282. — In Matutinis invitatorium quatuor incipiant et duo illorum, qui primi in tabula notati fuerint, soli totum primum versum psalmi *Venite* dicant, et alii secundum, videlicet *Quoniam Deus* et sic deinceps usque in finem. Finito *Gloria Patri* et dicto *Saeculorum. Amen* a duobus tantum, et dicta resumptione a Conventu, reincipiatur invitatorium a quatuor.

283. — Singula responsoria in Matutinis a duobus cantentur, praeter ultimum quod a quatuor dici debet. Quando ille qui facit officium lecturus est ultimam lectionem, det benedictionem qui primus est in dextro Choro. In secundis Vesperis dicantur psalmi sub una antiphona, nisi in festo Circumcisionis.

284. — Cetera fiant sicut in festo simplici est notatum, excepto quod in Completorio et in Prima preces non dicantur, sed in Completorio dicta antiphona post *Nunc dimittis* et in Prima dicto *Confiteor*, statim subjungatur *Dominus vobiscum* et oratio.

DE FESTO TOTO DUPLICI.

285. — Festum totum duplex fiat in die Paschae et duobus sequentibus, in Ascensione Domini, in die Pentecostes et duobus sequentibus, in Festo Trinitatis, in die Consecrationis Ecclesiae et in

Anniversario ejusdem, in festo Patroni Ecclesiae nostrae, et in ceteris que in calendario sunt notata.

286. — In omnibus autem festivitatibus totis duplicibus ad primas Vesperas dicantur hi psalmi, scilicet *Laudate pueri, Laudate Dominum omnes gentes, Lauda anima, Laudate Dominum quoniam bonus, Lauda Jerusalem*; nisi in festo Sancti Stephani et Sancti Joannis et Epiphaniae, et nisi in festo Paschae et duobus diebus sequentibus, et nisi in festo Pentecostes et duobus diebus sequentibus, et nisi in festo Translationis beati Dominci quando post Ascensionem immediate celebratur.

287. — Quando responsorium cantatur in Vesperis, cantetur a quatuor. — Antiphona ad *Magnificat* et ad *Benedictus* tota cantetur ante cantici inceptionem. — *Te Deum* in Matutinis omni tempore dicatur.

288. — Responsoria Horarum cum *Alleluia* dicantur, nisi in Completorio Sabbati ante Septuagesimam, et deinceps usque ad Pascha. Versiculi vero nunquam dicantur cum *Alleluia*. nisi in Tempore Paschali.

289. — Cetera omnia fiant, sicut supra in festo duplici est notatum, praeterquam in die Natalis et Sancti Stephani et Sancti Joannis et Epiphaniae, in quibus in secundis Vesperis dicuntur quinque antiphonae super psalmos, et praeterquam in festo Annuntiationis in quo, quando in Quadragesima evenerit, responsorium *In pace* dicetur ab uno; et quod feria secunda et tertia post Pascha et Pentecostes una tantum antiphona dicitur in laudibus super psalmos.

DE THURIFICATIONE.

290. — In festis duplicibus et totis duplicibus Thuriferiarus et Ceroferarii hora competenti in Vesperis et in Laudibus ad sacristiam vadant, (*) ibique lotis manibus, albis se induant. Cereos et thuribulum praeparent. Prior autem incepta ad *Magnificat* antiphona, in sacristiam vadat, abique amictu et superpelliceo et cappa serica indutus, praecedentibus primo Thuriferario, deinde Ceroferariis, proce-

(*) Columna XXVII.

dat ad majus Altare, et benedicto thure ad petitionem Thuriferarii, et ab ipso Thuriferario posito in thuribulo, deinde accepto thuribulo de manu Thureferarii, genibus primo flexis super gradus Altaris, accedat ad Altare, et thurificet primo Corpus Domini, deinde dextram partem Altaris superiorem, postea sinistram, procedendo a medio usque ad cornua; deinde anteriorem partem, procedendo a sinistra ad dexteram, et iterum Corpus Domini. Postmodum osculato Altari, redditoque thuribulo Thuriferario, praecedentibus ministris ordine praedicto, vadat ad sedem suam, et Ceroferarii stent unus ante sedem Prioris in Choro inferiori, et alius in alio Choro in consimili loco, et Thuriferarius, posito incenso non benedicto in thuribulo, incenset primo Priorem, postea Ministros, deinde Cantores, postea Chorum utrumque, servato ordine qui in rubrica de Missa, circa aspersionem aquae notatus est, postea Fratres Conversos. Quo facto, revertatur ad sacristiam. Prior vero post inceptam iterum antiphonam, appropinquante fine ipsius antiphonae, accedat ad pulpitum in medio Chori, et ibi stantibus Ceroferariis ante pulpitum dicat orationem. Et dicta ultima oratione, revertatur ad sacristiam, non expectans *Benedicamus*. — Idem modus servetur, ad *Benedictus*, addito quod, cum dicenda est oratio, tradatur a Cantore lumen in absconsa Priori ad videndum orationem.

291. — Si fuerit festum alicujus Sancti qui habeat Altare aliquod de minoribus in Ecclesia, post thurificationem majoris Altaris, thurificetur illud. Alias nunquam thurificentur minora Altaria.

292. — Si Hebdomadarius vel aliquis Praelatus quo alius major est in dextero Choro faciat officium, praelatus ille major, veniente cum praedictis ministris de sacristia illo qui facit officium, cedat ei, transferens se ad Chorum sinistrum, ita quod quicumque fecerit officium semper stet in sede Prioris modo supradicto postquam indutus est cappa serica.

293. — Porro circa modum thurificandi instruendi sunt in sacristia qui nondum sunt assueti, ut decenter illud faciant et honeste.

294. — Dicto *Benedicamus*, si nec Prior nec Supprior in Choro fuerit, dicat *Fidelium* qui primus est in dextro Choro juxta Priorem.

DE OCTAVIS SANCTORUM.

295. — Festivitates Sanctorum habentium octavas, sunt hae Sancti Andreae, Sancti Stephani, Sancti Joannis Evangelistae, Sanctorum Innocentum, Sancti Joannis Baptistae, Apostolorum Petri et Pauli, Beati Dominici, Sancti Laurentii, Assumptionis Beatae Virginis, Sancti Augustini, Nativitatis Beatae Mariae, Sancti Martini. Praeter istas octavas nullae aliae octavae Sanctorum fiant, sive Patronorum Ecclesiae, sive aliorum quorumcumque.

296. — Sic autem fiat officium per octavas sanctorum:

Per omnes ferias infra octavas Sanctorum quando de octavis agitur, ad Matutinum Invitatorium sicut in suis locis notatum est; hymnus sicut in die; una tantum antiphona de festo super novem psalmos: prima die post festum dicatur prima antiphona de primo nocturno; secunda die secunda, et sic deinceps quot fuerint necessariae; versiculus et tria responsoria de festo secundum feriam. Est autem dividenda historia per ferias eo modo quo supra de dominicali historia est notatum. *Te Deum* quotidie dicatur; versiculus ante Laudes sicut in die. — In Laudibus super psalmos prima antiphona Laudum, capitulum, hymnus, versiculus de die; ad *Benedictus* antiphona sicut est notata; oratio sicut in die. — Ad Horas diei antiphonae, capitula, responsoria, versiculis, oratio de festo, excepto quod si festum fuit totum duplex, responsoria tamen non dicuntur cum *Alleluia* infra octavas. — Ad Vesperas antiphona psalmi, capitulum, hymnus, versiculus de festo; ad *Magnificat* antiphona sicut est notata; oratio de festo. — Cantus hymnorum sicut est notatus. — Excipiuntur de praedictis octavae Apostolorum Petri et Pauli et Sancti Andreae.

In octava autem die ad Vesperas praecedentes psalmi de octava, super psalmos prima antiphona Laudum de festo. Cetera fiant sicut in festo, servato modo festi simplicis. Excipiuntur octava Sancti Laurentii propter versus antiphonarum qui non dicuntur, et octava Apostolorum Petri e Pauli, et octava Sancti Andreae, Sancti Stephani, Sancti Joannis et Sanctorum Innocentum. Octava etiam Sancti Joannis Baptistae in secundis Vesperis habet propriam antiphonam ad *Magnificat*.

Dominica vero infra octavam fiat sicut de octava die notatum est, nisi quod antiphonae ad *Benedictus* et ad *Magnificat* de die festi non dicantur, si aliae per octavas notatae sunt. Excipitur dominica infra octavam Beati Augustini quando in calendis Septembris evenerit. Quando autem homilia dominicalis legitur in aliqua feria infra octavas, fiat totum aliud officium de octavis.

DE MEMORIIS FACIENDIS.

297. — Per totum annum, quando propter festum vel octavam de Dominica non fit plenum officium, semper facienda est de ipsa memoria Sabbato praecedenti in Vesperis, et in ipsa die in Laudibus et in Vesperis, praeterquam in vigilia Natalis Domini in Vesperis, et in die Natalis et Circumcisionis et deinceps quandocumque Dominica fuerit usque in crastinum Epiphaniae exclusive. Excipitur Dominica infra octavam Natalis Domini, de qua nihil faciendum est, nisi in crastino Sancti Thomae, vel in die Sancti Silvestri; et Dominicae infra octavam Epiphaniae et Ascensionis, de quibus in Sabbato praecedenti nulla est memoria facienda. Fiat etiam memoria de Tempore per omnes ferias Adventus (*) et Quadragesimae, et tribus diebus Rogationum quando festum simplex vel majus in praedictis temporibus occurrerit celebrandum. Aliis autem temporibus per totum annum, de Tempore per ferias nulla fiat memoria quando festum infra hebdomadam contigerit celebrari.

298. — Item de omnibus festis simplicibus et supra, si non habuerint integre primas Vesperas vel secundas, memoria in utrisque Vesperis semper fiat. Excipitur festum Commemorationis Beati Pauli, de quo in primis Vesperis nihil fit specialiter. Item de festo trium lectionum, quando non habet plenum officium, facienda est memoria sicut supra in rubrica de ipso notatum est. Facienda est etiam memoria de Sanctis de quibus in calendario est signatum, nisi quando de festo trium lectionum nihil fieret, si eveniret. Quando autem infra quascumque octavas non fit officium de octavis, facienda est de ipsis

(*) Columna XXVIII.

memoria, nisi in utrisque Vesperis et in Laudibus Assumptionis Beatae Mariae.

299. — Omnibus vero Sabbatis per totum annum fiat memoria de Beata Virgine, praeterquam in Sabbato infra octavam Natalis Domini, et in Sabbato Paschae et sequenti, et Sabbato ante festum Trinitatis, et praterquam in festis duplicibus et totis duplicibus, et in Die Animarum, cum in Sabbato evonerint, et praeterquam in Sabbatis in quibus de ipsa agitur in Conventu, et in Sabbatis infra octavas Assumptionis et Nativitatis ejusdem, quando agitur de octavis. Fiat etiam de ipsa memoria in octava Sancti Stephani in Laudibus et deinceps tam in Vesperis quam in Laudibus usque ad Vesperas octavae Epiphaniae inclusive, nisi in vigilia et in festo Epiphaniae.

300. — De Cruce vero facienda est memoria quotidie per hebdomadam Paschae in Vesperis, et Sabbato in Albis ad Vesperas, et deinceps quotidie in Laudibus et in Vesperis usque ad Vesperas vigiliae Ascensionis exclusive, nisi in Inventione ipsius, et in festis totis duplicibus.

301. — De Beato autem Dominico fiat quotidie memoria per totum annum, nisi in vigilia Natalis Domini in Laudibus et deinceps usque ad octavam Epiphaniae inclusive, et nisi in quarta feria post Ramos in Vesperis, et deinceps usque ad Dominicam in Albis inclusive, et in vigilia Pentecostes in Vesperis, et deinceps usque ad festum Trinitatis, et nisi in festis duplicibus et totis duplicibus, et infra octavam ejusdem quando de ipsa agitur, et nisi in Die Animarum in Laudibus.

DE ORDINE MEMORIARUM.

302. — Memoria de festo simplici et supra praecedit memorias de octavis et de Dominica. Memoria vero de octavis praecedit memoriam de Dominica, praecedit etiam memorias de Beata Virgine in sexta feria et Sabbato. Memoria vero de Dominica et memoria de Beata Virgine in sexta feria et Sabbato praecedunt memorias trium lectionum et festi habentis solam memoriam. Item memoria de Adventu et Quadragesima praecedit memoriam de Beata Virgine in

sexta feria et Sabbato. Memoria autem de Beata Virgine in Adventu praecedit memoriam de Sancto Andrea in sexta feria et Sabbato et memoriam Crucis in Paschali Tempore. Memoria vero de Cruce in Paschali Tempore fiat post omnes alias, nisi post memoriam Beati Dominici, quae omni tempore est post omnes alias memorias facienda nisi infra octavam ipsius. Quandocumque autem fuerit memoria facienda in Vesperis et in Laudibus, per antiphonam et versiculum et orationem fiat.

DE FESTIVITATIBUS EXTRAORDINARIIS.

303. — Festivitates Sanctorum quae solemnes habentur in locis in quibus Fratres commorantur, possunt ab eis solemniter celebrari et cantari historiae, et legendae legi, licet in calendario Ordinis non sint scriptae. Quorum tamen historiae vel legendae non sunt in Antiphonariis et Lectionariis Ordinis, nec orationes vel officia in Missalibus inter alia inserenda; sed in fine librorum poni poterunt, vel in quaternis seorsum haberi. In Martyrologio vero talium Sanctorum nomina, nisi alias ibi fuerint, in margine suo loco ponantur.

DE MATUTINIS IN SERO POST COMPLETORIUM DICENDIS.

304. — In festo Sanctae Trinitatis et deinceps in omnibus festis duplicibus et totis duplicibus usque ad festum Sancti Augustini inclusive, et in festo Sanctae Mariae Magdalenae, cantentur in sero post completorium matutinae.

DE ORATIONIBUS ET VIGILIIS SANCTORUM.

305. — In omnibus festis Sanctorum, nisi vigiliam habuerint, oratio quae dicitur in Vesperis praecedentibus diem festum, dicenda est ipso die ad Laudes, Tertiam, Sextam et Nonam, et ad secundas Vesperas diei, nisi festum fuerit trium lectionum, quod non habet

secundas Vesperas. In festis vero Sanctorum habentium Missam in vigilia, oratio quae dicitur ad Missam, dicenda est ad primas Vesperas, nisi in festo Sancti Andreae quando transfertur, et nisi in vigilia Apostolorum Petri et Pauli. Oratio vero quae dicitur in Laudibus diei, dicenda est ad Tertiam, Sextam et Nonam, et ad Vesperas diei. Sciendum autem quod nulla vigilia sancti alicujus habet aliquid in Matutinis nec in Horis ante Vesperas, nisi solam homiliam, propter quam tamen, cum legenda fuerit, aliud officium diei illius non mutatur, nisi quandoque in benedictionibus lectionum.

QUAE REQUIRENDA SINT IN COMMUNI SANCTORUM.

306. — Notandum quod per totum annum omnia quae in festis Sanctorum in Ordinario vel in Antiphonario non inveniuntur signata, de Communi Sanctorum Paschalis Temporis, sive alterius, sunt assumenda, et dicenda suis locis secundum quod ibi notata sunt, et competunt festivitatibus de quibus agitur.

307. — **Sancti** (*) **Andreae.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *Unus ex duobus* ℟. *Homo Dei.* Ad *Magn.* a.na *Ambulans.* Oratio *Quaesumus, omnipotens Deus.* Si festum, propter Dominicam, transferatur, ad primas Vesperas dicatur oratio *Majestatem.* — Ad Matutinum Invitat. *Adoremus.* — In primo nocturno a.na *Vidit*, a.na *Venite*, a.na *Relictis.* ℟. *Dum perambularet.* ℣. *Erant. Venite.* ℟. *Mox ut.* ℣. *Ad unius. Praemia.* ℟. *Homo Dei.* ℣. *Cumque. Innocens. Gloria. Innocens.* — In secundo nocturno a.na *Dilexit*, a.na *Dignum*, a.na *Christus.* ℟. *Doctor.* ℣. *Salve. Suscipe.* ℟. *O bona.* ℣. *Securus. Ut per.* ℟. *Salve.* ℣. *O bona. Suscipe. Gloria. Suscipe.* — In tertio nocturno a.na *Videns*, a.na *Recipe*, a.na *Biduo.* ℟. *Expandi.* ℣. *Exaltare. Qui ambulant.* ℟. *Dilexit.* ℣. *Vir iste. Et ideo.* ℟. *Videns crucem.* ℣. *Biduo. O crux inenarrabilis. Gloria. Non me.* — ℣. *Dilexit Andream.* — In Laudibus a.na *Salve crux*, a.na *Beatus*, a.na *Andreas*, a.na *Maximilla*, a.na *Qui persequebantur.*

(*) Columna XXIX.

Ad *Bened.* a.na *Concede.* Oratio *Majestatem.* — Ad Vesperas super psalmos a.na *Salve.* Ad *Magn.* a.na *Cum pervenisset.* — Quotidie usque ad octavam diem fiat memoria de Sancto Andrea, in Laudibus per a.nam *Biduo* et ℣. *Annuntiaverunt*; in Vesperis per a.nam *Beatus* et ℣. *Dilexit*; oratio *Majestatem.*

308. — **Sancti Nicolai Episcopi.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *Amicus.* ℟. *Ex ejus tumba.* Ad *Magn.* a.na *O pastor.* Oratio *Deus qui beatum.* — Ad Matutinum Invitat. *Adoremus regem.* In primo nocturno a.na *Nobilissimis*, a.na *Postquam*, a.na *Pudore.* ℟. *Confessor.* ℣. *Erat. Meruit.* ℟. *Operibus.* ℣. *Voce. Ad Summum.* ℟. *Quadam.* ℣. *Mox illis. Et statim. Gloria. Et statim.* — In secundo nocturno a.na *Auro*, a.na *Innocenter*, a.na *Gloriam.* ℟. *Audiens.* ℣. *Statimque. Et liberavit.* ℟. *Qui cum audissent.* ℣. *Clara. Salvatoris.* ℟. *Beatus Nicolaus.* ℣. *Ut apud. Illi. Gloria. Illi.* — In tertio nocturno a.na *Pontifices*, a.na *Sanctus*, a.na *Muneribus.* ℟. *Summe.* ℣. *Qui tres. Namque.* ℟. *Servus Dei.* ℣. *Affluens. Earumque.* ℟. *Ex ejus.* ℣. *Catervatim. Surdis. Gloria. Et debilis.* — In Laudibus a.na *Beatus Nicolaus*, a.na *Ecclesiae*, a.na *Juste*, a.na *Amicus*, a.na *O per omnia.* Ad *Bened.* a.na *Copiosae.* — Ad *Magn.* a.na *O Christi pietas.*

Memoria de Sancto Andrea: a.na *Ambulans*, ℣. *Dilexit*, oratio *Protegat.* In crastino in Laudibus memoria de Sancto Andrea: a.na *Concede*, ℣. *Annuntiaverunt*, oratio *Protegat.* In Vesperis nulla fiat de eo memoria.

309. — **Sancti Damasi Papae.** — Oratio *Da quaesumus.*

310. — **Sanctae Luciae Virginis et Martyris.** — Ad *Magn.* a.na *In tua patientia.* Oratio *Exaudi.* — Ad Matutinum antiphonae et responsoria omnia de Communi, praeter nonum ℟. *Rogavi.* ℣. *Ut credentibus. Impetravi. Gloria. Impetravi.* — In Laudibus a.na *Orante*, a.na *Lucia*, a.na *Per te*, a.na *Benedico*, a.na *Soror.* Ad *Bened.* a.na *Columna.* — Ad *Magn.* a.na *Tanto pondere.*

311. — **Sancti Thomae Apostoli.** — Ad *Magn.* a.na *O Thoma.* Oratio *Da nobis.* — Ad *Bened.* a.na *Quia vidisti.* Memoria de Adventu per a.nam *Nolite timere* nisi festum transferatur. — Ad *Magn.* a.na *In regeneratione.*

312. — **Sancti Stephani Protomartyris.** — Ad memoriam in Vesperis: a.na *Tu principatum*, oratio *Da nobis.* — Ad Matutinum

Invitat. *Christum natum.* In primo nocturno a.na *Beatus*, a.na *Constitutus*, a.na *In tribulatione.* ℟. *Stephanus.* ℣. *Cum autem. Faciebat.* ℟. *Videbant.* ℣. *Stephanus. Et intuebantur.* ℟. *Intuens.* ℣. *Cum autem. Ecce. Gloria. A dextris.* — In secundo nocturno a.na *Lumine*, a.na *Benedictionis*, a.na *O quam.* ℟. *Lapidabant.* ℣. *Positis. Ne.* ℟. *Impetum.* ℣. *Et testes. Invocantem.* ℟. *Stephanus.* ℣. *Cum igitur. Beatus. Gloria. Beatus.* — In tertio nocturno a.na *In Domino*, a.na *Sine macula*, a.na *Domine virtus.* ℟. *Impii.* ℣. *Continuerunt. At ille.* ℟. *Patefactae.* ℣. *Mortem. Et ideo.* ℟. *Sancte Dei.* ℣. *Ut tuo. Funde. Gloria. Pro devoto.* — In Laudibus a.na *Lapidaverunt*, a.na *Lapides*, a.na *Adhaesit*, a.na *Stephanus*, a.na *Ecce video.* Cap. *Stephanus.* Ad *Bened.* a.na *Intuens.* Oratio *Da nobis.* Memoria de Nativitate. — Ad Tertiam Cap. *Stephanus.* — Ad Sextam Cap. *Cum esset.* — Ad Nonam Cap. *Positis.* — Ad Vesperas Cap. *Stephanus.* Ad *Magn.* a.na *O quam gloriosus.* Memoria de Sancto Joanne: a.na *Valde*, oratio *Ecclesiam*; deinde memoria de Nativitate.

419. — **In Nativitate Beatae Mariae Virginis.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *Haec est Regina.* Cap. *Ego quasi.* ℟. *Stirps Jesse.* Hymn. *Ave maris stella.* ℣. *Ora pro nobis.* Ad *Magn.* a.na *Beatissimae.* Oratio *Supplicationem.* — Ad Completorium super psalmos a.na *Virgo.* Ad *Nunc dimittis* a.na *Corde et animo.* Praedictae antiphonae dicantur ad Completorium per octavam, nisi in festo Sanctae Crucis. — Ad Matutinum Invitat. *Nativitatem.* Hymn. *Quem terra.* — In primo nocturno a.na *Ecce tu pulchra*, a.na *Sicut lilium*, a.na *Favus.* ℣. *Sancta Dei.* ℟. *Hodie nata.* ℣. *Beatissimae. Cujus.* ℟. *Gloriosae.* ℣. *Hodie. Cujus.* ℟. *Stirps.* ℣. *Virgo. Et super. Gloria. Requiescit.* — In secundo nocturno a.na *Emissiones*, a.na *Fons hortorum*, a.na *Veniat.* ℣. *Post partum.* ℟. *Nativitas.* ℣. *Regali. Cujus.* ℟. *Nativitas tua.* ℣. *Felix. Ex te.* ℟. *Ad nutum.* ℣. *Ut vitium. Sicut. Gloria. Sicut.* — In tertio nocturno a.na *Veni*, a.na *Comedi*, a.na *Talis.* ℣. *Speciosa.* ℟. *Regali.* ℣. *Corde. Cujus.* ℟. *Corde.* ℣. *Cum jucunditate. In hac.* ℟. *Solem.* ℣. *Cernere. Stella. Gloria. Hodie.* — ℣. *Ora pro nobis.* — In Laudibus a.na *Nativitas gloriosae,* a.na *Nativitas est,* a.na *Regali*, a.na *Corde*, a.na *Cum jucunditate.* Cap. *Ego quasi.* Hymn. *O Gloriosa.* ℣. *Elegit eam.* Ad *Bened.* a.na *Nativitatem.* — Ad Horas responsoria et versiculi sicut in festo Purificationis. — Ad Tertiam Cap. *Ego quasi.* — Ad Sextam Cap. *Transite.* — Ad Nonam Cap. *Qui audit.* — Ad Vesperas capitulum, hymnus, versiculus sicut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Nativitas.*

Per octavam, quando de ipsa agitur, et in octava die, invitatorium sicut in festo. Sequentes vero antiphonae dicantur quotidie per octavam ad *Benedictus* et ad *Magnificat*, vel ad memoriam: ad *Bened.* a.na *Maria virgo,* ad *Magn.* a.na *Sancta Maria Virginum.*

420. — **Sancti Gorgonii Martyris.** — Oratio *Sanctus Martyr.*

421. — **Sanctorum Proti et Hyacinthi Martyrum.** — Oratio *Beatorum.*

422. — **In Exaltatione Sanctae Crucis.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *O Crux admirabilis.* Cap. *Mihi absit.* ℟. *Per tuam.* Hymn. *Salve.* ℣. *Hoc signum.* Ad *Magn. Crux fidelis.* Oratio *Deus*

qui nos hodierna. — Memoria de Sanctis Cornelio et Cypriano Martyribus: Oratio *Infirmitatem.* — Ad Matutinum Invit. *Regem Dominum.* Hymn. *Salve.* — In primo nocturno a.na *Adoramus*, ps. *Domine Dominus*; a.na *Hoc signum*, ps. *Domine in virtute*; a.na *Per signum*, ps. *Domini.* ℣. *Hoc signum.* ℟. *Dulce.* ℣. *Hoc signum. Quae.* ℟. *Hoc signum.* ℣. *Cum sederit. Tunc.* ℟. *O Crux.* ℣. *Adoremus. Per quod. Gloria. Et mundus.* — In secundo nocturno a.na *Salva*, ps. *Exaltabo*; a.na *Salvator*, ps. *Omnes*; a.na *Adoremus*, ps. *Jubilate j.* ℣. *Per signum.* ℟. *Ecce Crucem.* ℣. *Crux benedicta. Radix.* ℟. *Crux fidelis.* ℣. *Super omnia. Dulce.* ℟. *Tuam Crucem.* ℣. *Adoramus. Miserere. Gloria. Miserere.* — In tertio nocturno a.na *Tuam*, ps. *Notus*; a.na *Crucem*, ps. *Cantate j.*; a.na *Crux alma*, ps. *Dominus regnavit, exsultet.* ℣. *Adoramus.* ℟. *O Crux benedicta.* ℣. *O Crux admirabilis. Quae sola.* ℟. *Adoramus.* ℣. *Tuam. Quia.* ℟. *Per tuam.* ℣. *Miserere. Et vitam. Gloria. Et vitam.* — ℣. *Dicite in nationibus.* — In Laudibus a.na *O magnum*, a.na *Ecce Crucem*, a.na *Nos autem*, a.na *O Crux admirabilis*, a.na *Crux benedicta.* Cap. *Mihi absit.* Hymn. *Originale.* ℣. *Tuam Crucem.* Ad *Bened.* a.na *Super omnia.* — Memoria de Martyribus. Capitula, responsoria (*), versiculi ad Horas sicut in Inventione ejusdem, excepto quod responsoria et versiculi dicantur sine *Alleluja.* Ad Vesperas psalmi sicut in alio festo. Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *O Crux.* Memoria de Sancto Nicomede Martyre: Oratio *Adesto, Domine, populo.*

423. — **Sanctae Euphemiae Virginis et Martyris.** — Oratio *Omnipotens.*

424. — **Sancti Lamberti Episcopi et Martyris.** — Oratio *Da quaesumus.*

425. — **Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae.** — Ad primas Vesperas Oratio *Da nobis.* — Ad Laudes Oratio *Beati.* — Cetera sicut in Communi Unius Evangelistae.

426. — **Sanctorum Mauritii sociorumque ejus Martyrum.** — Oratio *Annue.*

427. — **Sanctorum Cosmae et Damiani Martyrum.** — Oratio *Praesta quaesumus.*

(*) Columna XXXVII.

428. — **Sancti Michaelis Archangeli.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *Dum committeret.* Cap. *Significavit.* ℟. *Te sanctum.* Hymn. *Tibi Christe.* ℣. *Stetit Angelus.* Ad *Magn.* a.na *Dum sacrum.* Oratio *Deus qui miro.* — Ad Matutinum Invitat. *Regem Angelorum.* Hymn. *Tibi Christe.* — In primo nocturno a.na *Stetit,* ps. *Verba*; a.na *Ascendit,* ps. *Domine Dominus*; a.na *Michael,* ps. *In Domino.* ℣. *Stetit Angelus.* ℟. *Factum est.* ℣. *Millia. Omnipotenti.* ℟. *Stetit Angelus.* ℣. *Factum est. Et ascendit.* ℟. *Hic est.* ℣. *Archangele. Cujus. Gloria. Et oratio.* — In secundo nocturno a.na *Michael,* ps. *Domine quis*; a.na *Gloriosus,* ps. *Exaltabo*; a.na *Angelus,* ps. *Omnes.* ℣. *Ascendit fumus.* ℟. *Venit Michael* ℣. *Data est. Ut perducat.* ℟. *Archangeli.* ℣. *Perpetuum. Ut quos.* ℟. *Fidelis.* ℣. *Gaudent. Gratia. Gloria. Et illi.* — In tertio nocturno a.na *Concussum,* ps. *Dominus regnavit, exsultet*; a.na *Data sunt,* ps. *Dominus regnavit, irascantur*; a.na *Laudemus,* ps. *Benedic j.* ℣. *In conspectu.* ℟. *In conspectu gentium.* ℣. *Cantate. Angelus.* ℟. *In conspectu Angelorum.* ℣. *Deus meus. Et confitebor.* ℟. *Te sanctum.* ℣. *Cherubim. Te decet. Gloria. Et honor.* — ℣. *Gloriosus.* — In Laudibus a.na *Dum proeliaretur,* a.na *Dum committeret,* a.na *Archangele,* a.na *Angeli Domini,* a.na *Angeli, Archangeli.* Cap. *Significavit.* Hymn. *Christe sanctorum.* ℣. *Adorate Deum.* Ad *Bened.* a.na *Factum est silentium.* — Ad Tertiam Cap. *Significavit.* ℟. *Stetit Angelus.* ℣. *Ascendit fumus.* — Ad Sextam Cap. *Factum est proelium.* ℟. *Ascendit.* ℣. *In conspectu.* — Ad Nonam Cap. *Audivi.* ℟. *In conspectu.* ℣. *Adorate Deum.* — Ad Vesperas super psalmos a.na *Dum proeliaretur.* Psalmi *Dixit Dominus, Confitebor, Beatus vir, Laudate pueri, Confitebor* ultimum. Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Archangeli.*

429. — **Sancti Hieronymi Presbyteri et Confessoris.** — Oratio *Deus qui nos.*

430. — **Sancti Remigii Episcopi et Confessoris.** — Hymn. *Iste Confessor Domini sacratus, sobrius, castus,* et cetera. Oratio *Deus qui populo.*

431. — **Sancti Leodegarii Episcopi et Martyris.** — Oratio *Laetetur.*

432. — **Sancti Francisci Confessoris.** — Oratio *Deus qui Ecclesiam.*

433. — **Sancti Marci Papae et Confessoris.** — Oratio *Exaudi Deus.* — Eodem die: Sanctorum Sergii, Bacchi, Marcelli et Apulei Martyrum. Oratio *Sanctorum.*

434. — **Sancti Dionysii sociorumque ejus Martyrum.** — Oratio *Deus qui hodierna.*

435. — **Sancti Callixti Papae et Martyris.** — Oratio *Deus qui conspicis.*

436. — **Sancti Lucae Evangelistae.** — Oratio *Interveniat.*

437. — **Undecim Millium Virginum et Martyrum.** — Oratio *Omnipotens.*

438. — **Sanctorum Crispini et Crispiniani Martyrum.** — Oratio *Deus qui nos concedis.*

439. — **Apostolorum Simonis et Judae.** — Ad primas Vesperas oratio *Concede.* — In Laudibus Oratio *Deus qui nos.*

440. — **Sancti Quintini Martyris.** — Oratio *Adesto.*

441. — **In Festivitate Omnium Sanctorum.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *O quam gloriosum.* Cap. *Ecce ego.* ℟. *Concede.* Hymn. *Jesu Salvator.* ℣. *Laetamini.* Ad *Magn.* a.na *Beati estis.* Oratio *Domine Deus noster.* — Ad Completorium a.na *Miserere* et a.na *Salva nos.* — Ad Matutinum Invitat. *Regem regum.* Hymn. *Jesu Salvator.* — In primo nocturno a.na *Adesto*, ps. *Domine Dominus*; a.na *Sicut lilium,* ps. *Caeli*; a.na *Laudemus*, ps. *Benedic j.* ℣. *Laetamini.* ℟. *Summae.* ℟. *Felix.* ℟. *Te sanctum.* — In secundo nocturno a.na *Inter natos*, ps. *Bonum*; a.na *Estote*, ps. *Benedicam*; a.na *Isti sunt,* ps. *Deus noster.* ℣. *Exsultent.* ℟. *Inter natos.* ℟. *Qui sunt isti.* ℟. *Laverunt.* — In tertio nocturno a.na *Sint lumbi,* ps. *Exultate justi*; a.na *Simile est regnum caelorum decem*, ps. *Eructavit*; a.na *Laudem*, ps. *Quam dilecta.* ℣. *Justi autem.* ℟. *Sint lumbi.* ℟. *Audivi.* ℟. *Concede.* ℣. *Adjuvent. Ut ad. Gloria. Ut ad.* — ℣. *Orate pro nobis.* — In Laudibus a.na *Vidi turbam*, a.na *Et omnes*, a.na *Redemisti*, a.na *Benedicite*, a.na *Hymnus.* Cap. *Ecce ego.* Hymn. *Christe Redemptor.* ℣. *Mirabilis.* Ad *Bened.* a.na *Te gloriosus.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* — Responsoria et versiculi Plurimorum Martyrum dicantur ad Horas. Ad Tertiam Cap. *Ecce ego.* — Ad Sextam Cap. *Audivi numerum.* — Ad Nonam Cap. *Vidi turbam.* — Ad Vesperas super psalmos a.na *Vidi.* Psalmi *Dixit Dominus*, *Laudate pueri*, *Credidi*, *In convertendo*,

Eripe me Domine. Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Salvator.*

442. — Finitis Vesperis, statim incipiantur solemniter **Vesperae Defunctorum,** nisi in crastino fuerit Dominica, et antiphonae imponantur Fratribus a Cantoribus ex utroque Choro, a Superioribus incipiendo. — Ad Vesperas et Matutinas et Laudes in psalmis pausae et sessiones serventur.

Ad Vesperas a.na *Placebo,* ps. *Dilexi*; a.na *Heu me*, ps. *Ad Dominum*; a.na *Dominus custodit*, ps. *Levavi*; a.na *Si iniquitates*, ps. *De profundis*; a.na *Opera,* ps. *Confitebor* ultimum. A.nam *Audivi* Prior incipiat, Cantore ei deferente, similiter antiphonam ad *Benedictus.* Cant. *Magnificat,* quod duo Cantores incipiant. Finita antiphona post *Magnificat* dicatur *Pater noster.* Quo finito, non pronuntietur *Et ne nos*, sed Cantor incipiat ps. *Lauda anima*, qui dicatur legendo voci mediocri, et per *Requiem* terminetur. Deinde dicat Prior ℣. *A porta inferi, Dominus vobiscum, Oremus, Fidelium,* [alta voce dicenda a Priore in stallo suo, eo modo quo in Vesperis oratio dici solet]. Non dicatur post orationem *Dominus vobiscum*, nec *Benedicamus,* sed tantummodo *Requiescant in pace*, in ea voce qua dicta est oratio, et eo modo quo dicitur post Missam; et dicatur ab eo qui dicit orationem. In his Vesperis et Matutinis sequentibus non portetur cappa serica, nec thurificetur. In crastino vero ad Matutinum et ad ceteras Horas Defunctorum non fiant prostrationes. [Completorium ut supra].

Si festivitas Omnium Sanctorum Sabbato evenerit, in crastino totum officium, tam diei quam noctis, de Dominica erit, et tunc in eadem die post Vesperas de Dominica, Vesperae Defunctorum festive dicantur.

Ad Matutinum non dicatur *Domine labia*, nec *Deus in adjutorium*, neque invitatorium, neque *Venite;* sed, dicto *Pater noster* et *Credo*, statim incipiatur in primo nocturno a.na *Dirige*, ps. *Verba*; a.na *Convertere*, ps. *Domine ne j.*; a.na *Nequando*, ps. *Domine Deus meus.* ℣. *A porta inferi* et dicatur a duobus. Similiter ceteri de nocturnis. Lector non petat benedictionem, sed, dicto *Pater noster* et subjuncto *Et ne nos*, ac (*) responso *Sed libera*, incipiat legere.

(*) Columna XXXVIII.

In fine lectionis non dicatur *Tu autem*, sed finita lectione statim incipiatur ℟. *Credo.* ℣. *Quem visurus. Salvatorem.* Singula responsoria cantentur a duobus, et etiam nonum cum quinque versibus. ℟. *Qui Lazarum.* ℣. *Qui venturus. Tu eis.* ℟. *Domine quando.* ℣. *Commissa. Quia.* — Post resumptionem responsorii non dicatur *Requiem*, sed statim incipiatur in secundo nocturno a.na *In loco*, ps. *Dominus regit*; a.na *Delicta*, ps. *Ad te Domine levavi*; a.na *Credo*, ps. *Dominus illuminatio.* ℣. *In memoria.* ℟. *Heu mihi.* ℣. *Anima. In novissimo.* ℟. *Ne recorderis.* ℣. *Dirige. Dum.* ℟. *Domine secundum.* ℣. *Amplius. Ideo.* — In tertio nocturno a.na *Complaceat*, ps. *Exspectans*; a.na *Sana*, ps. *Beatus qui*; a.na *Sitivit*, ps. *Quemadmodum.* ℣. *Ne tradas.* ℟. *Peccantem.* ℣. *Deus in nomine. Quia.* ℟. *Memento.* ℣. *Et non revertetur. Nec.* ℟. *Libera me.* ℣. *Dies. Quando* usque *Dum.* ℣. *Tremens. Dum.* ℣. *Quid ego. Quando.* ℣. *Nunc, Christe. Dum.* ℣. *Creator.* Finito ultimo versu reincipiatur a Cantoribus responsorium *Libera.* — Quo dicto, statim inchoetur in Laudibus a.na *Exsultabunt*, ps. *Miserere*; a.na *Exaudi*, ps. *Te decet*; a.na *Me suscepit*, ps. *Deus Deus*; a.na *A porta*, cant. *Ego dixi*; a.na *Omnis spiritus*, ps. *Laudate.* A.na *Ego sum*, cant. *Benedictus*, quod duo Cantores incipiant. Finita post Canticum antiphona, dicatur *Pater noster* et psalmus *De profundis*, secundum quod supra scriptum est de psalmo *Lauda anima.* Deinde versus et Oratio ut supra in Vesperis.

Ad Primam dicto *Pater noster* et *Credo*, incipiatur antiphona *Requiem*, ps. *Deus in nomine*, ps. *Beati immaculati*, ps. *Retribue.* Post singulos psalmos non dicatur *Requiem*, sed in fine omnium cantetur antiphona *Requiem.* Deinde dicatur *Confiteor.* Quo dicto, sequatur versiculus *A porta inferi. Dominus vobiscum.* Oratio *Fidelium. Requiescant in pace. Amen.* Hic ordo servetur ad alias Horas diei, nisi quod *Confiteor* non dicatur. *Pretiosa* more solito dicatur. Dicta Nona terminatur Officium Mortuorum.

443. — **Sanctorum Quatuor Coronatorum.** — Oratio *Praesta quaesumus.*

444. — **Sancti Theodori Martyris.** — Oratio *Deus qui nos beati.*

445. — **Sancti Martini Episcopi et Confessoris.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *O beatum Pontificem.* ℟. *Beatus Martinus.* Ad *Magn.* a.na *O Martine.* Oratio *Deus qui conspicis.* Eodem die

Sancti Mennae Martyris memoria: oratio *Praesta quaesumus.* — Ad Matutinum Invitat. *Adoremus.* — In primo nocturno a.na *Sanctus,* a.na *Cum repente*, a.na *Scimus.* ℟. *Hic est.* ℣. *Sanctae. Ut.* ℟. *Dum sacramenta.* ℣. *Dum enim. Globus.* ℟. *Beatus Martinus.* ℣. *Viribus. Dissolutionem. Gloria. Quia.* — In secundo nocturno a.na *Domine jam,* a.na *Artus,* a.na *Sinite.* ℟. *Dixerunt.* ℣. *Scimus. Invadent.* ℟. *Domine si.* ℣. *Satis. Fiat.* ℟. *Oculis.* ℣. *Nobili. Invictum. Gloria. Invictum.* — In tertio nocturno a.na *Media*, a.na *Glorificati*, a.na *Adest.* ℟. *O beatum.* ℣. *Ecclesia. Omniumque.* ℟. *O quantus.* ℣. *Beati. Quia.* ℟. *Martinus Abrahae.* ℣. *Martinus Episcopus. Caelum. Gloria. Hymnis.* — In Laudibus a.na *Dixerunt,* a.na *Domine,* a.na *O virum*, a.na *Oculis*, a.na *Martinus.* Ad *Bened.* a.na *O quantus.* — Ad *Magn.* a.na *O beatum virum.*

Per octavam, nisi in Dominica, Invitat. *Regem Confessorum.* Ad *Benedictus* vero et ad *Magnificat* dicantur antiphonae quotidie sicut in festo.

446. — **Sancti Britii Episcopi et Confessoris.** — Oratio *Da quaesumus.*

447. — **Sanctae Elisabeth.** — Memoria: in Vesperis a.na *Veni electa*, ℣. *Diffusa,* oratio *Tuorum*; in Laudibus a.na *Accinxit*, ℣. *Specie,* oratio ut supra.

448. — **Sanctae Caeciliae Virginis et Martyris.** — Ad *Magn.* a.na *Virgo gloriosa.* Oratio *Deus, qui nos.* — Ad Matutinum in primo nocturno a.na *Caecilia,* a.na *Expansis*, a.na *Cilicio.* ℟. *Cantantibus.* ℣. *Biduanis. Fiat.* ℟. *O beata.* ℣. *Beata. Urbanum.* ℟. *Virgo.* ℣. *Cilicio. Et non. Gloria. A colloquiis.* — In secundo nocturno a.na *Domine,* a.na *Beata,* a.na *Fiat.* ℟. *Cilicio.* ℣. *Non diebus. Almachium.* ℟. *Caecilia.* ℣. *Cumque. Quia.* ℟. *Caeciliam.* ℣. *Angelus. Quem. Gloria. Nimio.* — In tertio nocturno a.na *Credimus*, a.na *Nos scientes*, a.na *Tunc Valerianus.* ℟. *Domine Jesu Christe.* ℣. *Nam sponsum. Caecilia.* ℟. *Beata.* ℣. *Sicut. Quia.* ℟. *Dum aurora.* ℣. *Caecilia. Eia. Gloria. Et induimini.* — In Laudibus a.na *Cantantibus*, a.na *Est secretum*, a.na *Valerianus,* a.na *Benedico,* a.na *Caecilia.* Ad *Bened.* a.na *Dum aurora.*

449. — **Sancti Clementis Papae et Martyris.** — Ad *Magn.* a.na *Dedisti.* Oratio *Deus qui nos annua.* Memoria de Sancta Caecilia: a.na *Triduanas.* — Ad Matutinum responsorium tertium *Oremus.*

℣. *Qui percussit. Ut de. Gloria. Ut de.* Responsorium sextum *Orante.* ℣. *Cumque. De sub. Gloria. Fluminis.* Responsorium nonum *Dedisti.* ℣. *Hoc Domine. Ut enarrent. Gloria. Ut.* – In Laudibus a.na *Orànte,* a.na *Non meis*, a.na *Vidi*, a.na *De sub cujus,* a.na *Omnes gentes.* Ad *Bened.* a.na *Oremus.* — Ad *Magn.* a.na *Invenerunt.*

450. — **Sancti Gorgonii Martyris.** — Oratio *Adesto Domine.*

451. — **Sanctae Catharinae Virginis et Martyris.** — Ad Vesperas super psalmos a.na *Virginis.* ℟. *Virgo flagellatur.* Hymn. *Catharinae.* Ad *Magn.* a.na *Inclyta.* Oratio *Deus qui dedisti.* — Ad Matutinum Invitat. *Adoretur.* Hymn. *Pange.* Responsorium tertium *Nobilis.* ℣. *Cui rex. Flagrat. Gloria. Spernit.* Responsorium sextum *Virgo flagellatur.* ℣. *Sponsus. Fragrat. Gloria. Cantant.* Responsorium nonum *Percussa.* ℣. *Membris. Quam. Gloria. Sepelivit* — In Laudibus a.na *Passionem,* a.na *Post plurima*, a.na *Exspecto*, a.na *Vox de caelis*, a.na *Quia devotis.* Hymn. *Praesens dies.* Ad *Bened.* a.na *Prudens.* — Ad Vesperas Hymn. *Catharinae.* Ad *Magn.* a.na *Ave Virginum.*

452. — **Sanctorum Agricolae et Vitalis Martyrum.** — Oratio *Da quaesumus*, *Omnipotens Deus.*

453. — **Sancti Saturnini Martyris.** — Oratio *Deus*, *qui nos beati.*

454. — **In Commune Unius vel Plurimorum Apostolorum extra Tempus Paschale.**

Ad Vesperas super psalmos a.na *Estote.* Cap. *Jam non estis.* ℟. *Vos estis.* Hymn. *Exsultet.* ℣. *In omnem.* Ad *Magn.* a.na *Beati eritis.*

Ad Matutinum Invitat. *Gaudete.* Hymn. *Exsultet.* — In primo nocturno a.na *In omnem*, ps. *Caeli*; a.na *Clamaverunt*, ps. *Benedicam*; a.na *Constitues*, ps. *Eructavit.* ℣. *In omnem.* ℟. *Ecce ego.* ℣. *Tradent. Estote.* ℟. *Tollite.* ℣. *Et invenietis. Jugum.* ℟. *Dum steteritis.* ℣. *Non enim. Dabitur. Gloria. Dabitur.* — In secundo nocturno a.na *Principes*, ps. *Omnes*; a.na *Dedisti,* ps. *Exaudi Deus deprecationem*; a.na *Annuntiaverunt*, ps. *Exaudi Deus orationem meam cum deprecor.* ℣. *Constitues.* ℟. *Vidi Conjunctos.* ℣. *Vidi Angelum. Isti.* ℟. *Isti sunt triumphatores.* ℣. *Isti sunt qui. Modo.* ℟. *Vos estis.* ℣. *Et ego. Qui. Gloria. Possidebitis.* — In tertio nocturno a.na *Peccatorum*, ps. *Confitebimur*; a.na *Lux orta,* ps.

Dominus regnavit exsultet; a.na *Custodiebant,* ps. *Dominus regnavit irascantur.* ℣. *Nimis honorati.* ℟. *Isti* (*) *sunt viri.* ℣. *In omnem. Quorum.* ℟. *Qui sunt.* ℣. *Candidiores. Et quasi* ℟. *Gregem.* ℣. *Protege. Perpetua. Gloria. Perpetua.* — ℣. *Dedisti hereditatem.*

In Laudibus a.na *Hoc est*, a.na *Majorem*, a.na *Vos amici*, a.na *Beati pacifici*, a.na *In patientia*. Cap. *Jam non estis.* Hymn. *Aeterna Christi munera Apostolorum.* ℣. *Annuntiaverunt.* Ad *Bened.* a.na *Vos qui secuti.*

Ad Tertiam Cap. *Jam non estis.* ℟. *In omnem.* ℣. *Constitues.* — Ad Sextam Cap. *Per manus.* ℟. *Constitues.* ℣. *Nimis honorati.* — Ad Nonam Cap. *Ibant Apostoli.* ℟. *Nimis.* ℣. *Annuntiaverunt*

Ad Vesperas super psalmos a.na *Hoc est.* Psalmi *Dixit Dominus*, *Laudate pueri*, *Credidi, In convertendo*, *Domine probasti.* Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *In regeneratione.*

455. — **In Communi unius Evangelistae extra Tempus Paschale.** — Ad Vesperas Cap. *Qui timet.* Ad *Magn.* a.na *Ecce ego.* — Ad Matutinum Invitat. *Regem Evangelistarum.* — In Laudibus Cap. *Qui timet.* Ad *Bened.* a.na *In medio.* — Ad Tertiam Cap. *Qui timet.* — Ad Sextam Cap. *Cibavit.* — Ad Nonam Cap. *In medio.* — Ad Vesperas Cap. *Qui timet.* Ad *Magn.* a.na *Tua sunt.* — Cetera omnia ut supra in communi Apostolorum.

456. — **In Communi Unius Martyris extra Tempus Paschale.** — Ad Vesperas Cap. *Beatus vir qui suffert.* Hymn. *Deus tuorum.* ℣. *Gloria et honore.* Ad *Magn.* a.na *Hic est vere.*

Ad Matutinum Invitat. *Regem sempiternum.* Hymn. *Deus tuorum.* — In primo nocturno a.na *In lege*, ps. *Beatus vir*; a.na *Praedicans*, ps. *Quare*; a.na *Voce*, ps. *Domine quid.* ℣. *Gloria et honore.* ℟. *Iste sanctus.* ℣. *Munimine. Fundatus.* ℟. *Posuisti.* ℣. *Magna. In saeculum.* ℟. *Gloria et honore.* ℣. *Quoniam elevata. Omnia. Gloria. Omnia.* — In secundo nocturno a.na *Filii*, ps. *Cum invocarem*; a.na *Scuto*, ps. *Verba*; a.na *In universa*, ps. *Domine Dominus.* ℣. *Posuisti.* ℟. *Beatus vir qui suffert.* ℣. *Hic accipiet.*

(*) Columna XXXIX.

Quam. ℟. *Domine praevenisti.* ℣. *Vitam. Posuisti.* ℟. *Hic est vere.* ℣. *Justum. Qui minas. Gloria. Sed ad caelestia.* — In tertio nocturno a.na *Justus*, ps. *In Domino*; a.na *Habitabit*, ps. *Domine quis*; a.na *Posuisti*, ps. *Domine in virtute.* ℣. *Magna est.* ℟. *Stola.* ℣. *Cibavit. Et coronam.* ℟. *Corona aurea.* ℣. *Quoniam. Et opus.* ℟. *Gloriosus.* ℣. *Felici. Ac demum. Gloria. Caelos.* — ℣. *Ora pro nobis.*

In Laudibus a.na *Qui me confessus*, a.na *Qui sequitur*, a.na *Si quis mihi*, a.na *Qui mihi*, a.na *Volo Pater.* Cap. *Beatus vir qui suffert.* Hymn. *Martyr Dei.* ℣. *Corona aurea.* Ad *Bened.* a.na *Qui vult.*

Ad Tertiam Cap. *Beatus vir qui suffert.* ℟. *Gloria et honore.* ℣. *Posuisti.* — Ad Sextam Cap. *Custodivit.* ℟. *Posuisti.* ℣. *Magna est.* — Ad Nonam Cap. *Pro justitia.* ℟. *Magna est.* ℣. *Corona.*

Ad Vesperas Psalmi *Dixit Dominus*, *Beatus vir*, *Laudate pueri*, *Credidi*, *In convertendo.* Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Iste est qui pro lege.*

457. — **In Commune Plurimorum Martyrum extra Tempus Paschale.** — Ad Vesperas Cap. *Sancti per fidem.* Hymn. *Sanctorum meritis.* ℣. *Laetamini.* Ad *Magn.* a.na *Gaudent.*

Ad Matutinum Invitat. *Venite adoremus.* Hymn. *Sanctorum.* — In primo nocturno a.na *Secus*, ps. *Beatus vir*; a.na *Tamquam aurum*, ps. *Quare*; a.na *Si coram*, ps. *In Domino.* ℣. *Laetamini.* ℟. *Absterget.* ℣. *Non esurient. Quoniam.* ℟. *Viri sancti.* ℣. *Unus spiritus. Et ideo.* ℟. *Tradiderunt.* ℣. *Isti sunt. Et meruerunt. Gloria. Et meruerunt.* — In secundo nocturno a.na *Dabo Sanctis*, ps. *Domine quis*; a.na *Sanctis*, ps. *Conserva*; a.na *Sancti qui sperant*, ps. *Domini.* ℣. *Exsultent.* ℟. *Sancti tui.* ℣. *Victricem. Ut invenirentur.* ℟. *Verbera.* ℣. *Tradiderunt. Ut heredes.* ℟. *O veneranda.* ℣. *Despecta. Et ideo. Gloria. Et ideo.* — In tertio nocturno a.na *Justi*, ps. *Exsultate justi*; a.na *Tradiderunt*, ps. *Benedicam*; a.na *Ecce merces*, ps. *Deus noster.* ℣. *Justi autem.* ℟. *In circuitu.* ℣. *Magnus. Ibi.* ℟. *Sancti mei.* ℣. *Venite. Mercedem.* ℟. *Laverunt.* ℣. *Isti. In sanguine. Gloria. In sanguine.* — ℣. *Exsultabunt Sancti.*

In Laudibus a.na *Justorum*, a.na *Cum palma*, a.na *Corpora*, a.na *Martyres*, a.na *Martyrum.* Cap. *Sancti per fidem.* Hymn. *Ae-*

terna Christi munera et Martyrum. ℣. *Mirabilis.* Ad *Bened.* a.na *Isti sunt Sancti.*

Ad Tertiam Cap. *Sancti per fidem.* ℟. *Laetamini.* ℣. *Exsultent.* — Ad Sextam Cap. *Reddidit.* ℟. *Exsultent.* ℣. *Justi autem.* — Ad Nonam Cap. *Justorum.* ℟. *Justi autem.* ℣. *Mirabilis.*

Ad Vesperas Psalmi *Dixit Dominus*, *Laudate pueri*, *Credidi*, *In convertendo*, *Eripe me.* Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Absterget.*

458. — **In Communi Unius Confessoris extra Tempus Paschale.** — Ad Vesperas Cap. *Dilectus.* Hymn. *Iste Confessor.* ℣. *Amavit.* Ad *Magn.* a.na *Confessor.*

Ad Matutinum Invitat. *Confessorum.* Hymn. *Iste Confessor.* — In primo nocturno a.na *Beatus vir*, ps. *Ipsum*; a.na *Beatus iste*, ps. *Quare*; a.na *Tu es*, ps. *Domine quid.* ℣. *Amavit.* ℟. *Euge.* ℣. *Domine quinque. Intra.* ℟. *Justus germinabit*, ℣. *Plantatus. Et florebit.* ℟. *Iste sanctus digne.* ℣. *Vinculis. Quoniam. Gloria. In illa.* — In secundo nocturno a.na *Invocantem*, ps. *Cum invocarem*; a.na *Laetentur*, ps. *Verba*; a.na *Domine Dominus*, ps. *Ipsum.* ℣. *Justum deduxit.* ℟. *Magnificavit.* ℣. *Statuit. Et dedit.* ℟. *Amavit.* ℣. *Induit. Et ad.* ℟. *Sancte N.* ℣. *O sancte. Et impetratam. Gloria. Tu defer.* — In tertio nocturno a.na *Domine iste*, ps. *Domine quis*; a.na *Vitam*, ps. *Domine in virtute*; a.na *Hic accipiet*, ps. *Domini.* ℣. *Justus ut palma.* ℟. *Justus ut palma.* ℣. *Gloria et divitiae. In atriis.* ℟. *Justum deduxit.* ℣. *Immortalis. Honestavit.* ℟. *Sint lumbi.* ℣. *Vigilate. Quando. Gloria. Quando.* — ℣. *Ora pro nobis.*

In Laudibus a.na *Domine quinque*, a.na *Beatus*, a.na *Fidelis*, a.na *Ecce vere*, a.na *Serve.* Cap. *Dilectus.* Hymn. *Jesu Redemptor.* ℣. *Justus germinabit.* Ad *Bened.* a.na *Euge.*

Ad Tertiam Cap. *Dilectus.* ℟. *Amavit.* ℣. *Justum deduxit.* — Ad Sextam Cap. *Justus cor.* ℟. *Justum deduxit.* ℣. *Justus ut palma.* — Ad Nonam Cap. *Justum deduxit.* ℟. *Justus ut palma.* ℣. *Justus germinabit.*

Ad Vesperas psalmi *Dixit Dominus*, *Beatus vir*, *Laudate pueri*, *Credidi*, *In convertendo.* Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Similabo.*

459. — **In Communi Unius Virginis extra Tempus Paschale.** — Ad Vesperas Cap. *Confitebor.* Hymn. *Virginis.* ℣. *Diffusa.* Ad *Magn.* a.na *Ista est.*

Ad Matutinum Invitat. *Agnum.* Hymn. *Virginis.* — In primo nocturno a.na *Ante torum*, ps. *Domine Dominus*; a.na *Unguentum*, ps. *Caeli*; a.na *O quam pulchra*, ps. *Domini.* ℣. *Diffusa.* ℟. *Veni sponsa.* ℣. *Veni electa. Pro cujus.* ℟. *Propter veritatem.* ℣. *Audi. Et deducet.* ℟. *Specie tua.* ℣. *Diffusa. Intende. Gloria. Procede.* — In secundo nocturno a.na *Specie*, ps. *Eructavit*; a.na *Adjuvabit*, ps. *Deus noster*; a.na *Laeva*, ps. *Fundamenta.* ℣. *Specie tua.* ℟. *Grata.* ℣. *Erecta. Et Dominus.* ℟. *Haec est Virgo.* ℣. *Ista est. Et* (*) *veniente.* ℟. *Afferentur.* ℣. *Prudentes. In laetitia. Gloria. In laetitia.* — In tertio nocturno a.na *Dum esset*, ps. *Cantate j.*; a.na *Haec est quae*, ps. *Dominus regnavit, exsultet*; a.na *Haec est Virgo*, ps. *Cantate ij.* ℣. *Adjuvabit.* ℟. *Audivi.* ℣. *Media. Oleum.* ℟. *Veni electa.* ℣. *Specie. Quia.* ℟. *Regnum.* ℣. *Eructavit. Quem vidi. Gloria. In quem.* — ℣. *Ora pro nobis.*

In Laudibus a.na *Haec est Virgo sapiens et una*, a.na *Haec est Virgo sapiens quam*, a.na *Veni sponsa*, a.na *Media*, a.na *Tunc surrexerunt.* Cap. *Confitebor.* Hymn. *Jesu corona.* ℣. *Adducentur.* Ad *Bened.* a.na *Veni electa.*

Ad Tertiam Cap. *Confitebor.* ℟. *Diffusa.* ℣. *Specie.* — Ad Sextam Cap. *Aemulor.* ℟. *Specie.* ℣. *Adjuvabit.* — Ad Nonam Cap. *O quam.* ℟. *Adjuvabit.* ℣. *Adducentur.*

Ad Vesperas psalmi *Dixit Dominus*, *Laudate pueri*, *Laetatus*, *Nisi Dominus*, *Lauda Jerusalem.* Capitulum, hymnus, versiculus ut in primis Vesperis. Ad *Magn.* a.na *Accinxit.*

460. — **In Communi Sanctorum Trium Lectionum extra Tempus Paschale.**

Unius Martyris. — Ad Matutinum Invitat. *Regem Martyrum.* Super psalmos a.na *Laetabitur.*

Plurimorum Martyrum. — Ad Matutinum Invitat. *Regem Martyrum.* Super psalmos a.na *Hi sunt qui.*

Unius Confessoris. — Ad Matutinum Invitat. *Regem Confessorum.* Super psalmos a.na *Iste Sanctus.*

(*) Columna XL.

Unius Virginis. — Ad Matutinum Invitat. *Regem Virginum.* Super psalmos a.na *Veniente.*

Cetera fiant sicut supra in rubrica de festo trium lectionum notatum est.

461. — **Ad faciendam memoriam** Unius Martyris: In Vesperis a.na *Hic est vere.* ℣. *Gloria et honore.* — In Laudibus a.na *Qui vult.* ℣. *Corona.*

Ad faciendam memoriam Plurimorum Martyrum: In Vesperis a.na *Gaudent.* ℣. *Laetamini.* — In Laudibus a.na *Isti sunt Sancti.* ℣. *Mirabilis.*

Ad faciendam memoriam Unius Confessoris: In Vesperis a.na *Confessor.* ℣. *Amavit.* — In Laudibus a.na *Euge.* ℣. *Justus germinabit.*

Ad faciendam memoriam Plurimorum Confessorum: In Vesperis a.na *Fulgebunt.* ℣. *Laetamini.* — In Laudibus a.na *Sint lumbi.* ℣. *Mirabilis.*

Ad faciendam memoriam Unius Virginis: In Vesperis a.na *Ista est.* ℣. *Diffusa.* — In Laudibus a.na *Veni electa.* ℣. *Adducentur.*

Ad faciendam memoriam Plurimarum Virginum: In Vesperis a.na *Prudentes.* ℣. *Adducentur.* — In Laudibus a.na *Simile est regnum caelorum decem.* ℣. *Media nocte.*

Orationes vero ad memoriam dicantur sicut in suis locis notatae sunt.

462. — **Ad memoriam Beati Dominici** per totum annum quando fuerit facienda, praeterquam infra octavam ipsius: In Vesperis a.na *Magne.* ℣. *Os justi.* — In Laudibus a.na *Benedictus.* ℣. *Lex Dei.* Ad utramque memoriam Oratio *Deus qui Ecclesiam.*

463. — Si in festo alicujus Martyris, vel infra octavam, fiat memoria de alio Martyre, tunc in Vesperis dicatur ad memoriam de secundo Sancto versiculus secundi nocturni. In Laudibus vero dicatur versiculus tertii nocturni. Eodem modo fiat de aliis Sanctis.

464. — Ab octavis Epiphaniae usque ad Septuagesimam **in omnibus Sabbatis**, nisi festum simplex vel majus occurrerit, fiat in Conventu **Officium de Beata Virgine**, hoc excepto quod, quando Sabbatum primum post octavam Epiphaniae omnino vacaverit, facien-

dum est officium feriale, secundum quod supra in rubrica ante Dominicam *Domine ne in ira* notatum est. Sic autem fiat:

Feria sexta, ad Vesperas antiphona et psalmi feriales. Cap. *Sicut cinnamomum.* Hymn. *Ave maris stella.* ℣. *Ora pro nobis.* Ad *Magn.* a.na *O admirabile.* Oratio *Deus qui salutis.* Et dicatur ad Laudes, Tertiam, Sextam et Nonam. — Ad Completorium super psalmos a.na *Virgo Maria.* Ad *Nunc dimittis* a.na *Sub tuum.*

Ad Matutinum Invitat. *Ave Maria.* Hymn. *Quem terra.* Super psalmos a.na *Paradisi.* Psalmi sicut in festis ipsius. ℣. *Speciosa* ℟. *Cum esset rex.* ℣. *Pulchra. Nardus.* ℟. *Ave Maria.* ℣. *Benedicta. Dominus.* ℟. *Virgo parens.* ℣. *Intercede. Dum paris. Gloria. Cantant. — Te Deum. —* ℣. *Ora pro nobis.*

In Laudibus a.na *Post partum.* Psalmus *Dominus regnavit* cum ceteris. Cap. *Sicut cinnamomum.* Hymn. *O gloriosa.* ℣. *Elegit eam.* Ad *Bened.* a.na *Genuit*

Ad Primam a.na *Dignare.* — Ad Tertiam a.na *Gaude Maria.* Cap. *Sicut cinnamomum.* ℟. *Sancta Maria.* ℣. *Ora pro nobis.* — Ad Sextam a.na *In prole.* Cap. *Et radicavi.* ℟. *Ora pro nobis.* ℣. *Elegit.* — Ad Nonam a.na *Beata Mater.* Cap. *Quasi cedrus.* ℟. *Elegit.* ℣. *Sancta Dei Genitrix.*

Dicta Nona terminatur Officium.

465. — Si inter Purificationem et Septuagesimam Sabbatum aliquod intervenerit, fiat officium praedicto modo; excepto quod ad *Magn.* dicatur a.na *Alma*, et ad *Bened.* a.na *Ave stella,* et Oratio *Concede* dicatur loco illius *Deus qui salutis.*

Eodem etiam modo fiat officium in omnibus Sabbatis a *Deus omnium* usque ad Adventum, nisi festum simplex vel majus, aut octavae vel jejunia Quatuor Temporum, aut vigiliae Sanctorum, qui propriam Missam habeant, occurrerint, ita tamen quod ad *Magn.* dicatur a.na *Alma* et ad *Bened.* a.na *Ave stella* et Oratio *Concede,* ut praedictum est.

Quando vero propter aliquid praedictorum intermittitur, tunc fiat de ea memoria in Vesperis et in Laudibus, praeterquam in festis duplicibus et totis duplicibus, et in die Animarum.

466. — Quando autem praedictum officium fit in Choro in Sabbatis, surgendo dicatur **Canticum Graduum** hoc modo: Isti quinque

psalmi, scilicet: *Ad Dominum*, *Levavi, Laetatus*, *Ad te levavi, Nisi quia*, dicantur sub uno *Requiem.* Deinde *Pater noster. Et ne nos. A porta inferi. Dominus vobiscum,* vel *Domine exaudi* si non sit Sacerdos qui dicit. Oratio *Absolve.* — Isti alii quinque, scilicet: *Qui confidunt, In convertendo, Nisi Dominus, Beati omnes, Saepe*, dicantur singuli cum *Gloria Patri.* Deinde *Kyrie. Christe eleison*, *Kyrie. Pater noster. Et ne nos.* ℣. *Memor esto. Dominus vobiscum.* Oratio *Deus cui proprium.* — Isti alii quinque, scilicet: *De profundis*, *Domine non*, *Memento, Ecce quam, Ecce nunc*, dicantur singuli cum *Gloria Patri.* Deinde *Kyrie*, *Christe eleison, Kyrie. Pater noster. Et ne nos.* ℣. *Salvos fac. Dominus vobiscum.* Oratio *Praetende.*

467. — **Ad Memoriam faciendam in Sabbatis de Beata Vergine.** — Per Adventum: in Vesperis a.na *O Virgo.* Oratio *Deus qui de beatae.* — In Laudibus a.na *Spiritus.* Oratio ut supra.

Ab octava Epiphaniae usque ad festum Purificationis: in Vesperis a.na *O admirabile.* Oratio *Deus qui salutis.* — In Laudibus a.na *Genuit.* Oratio ut supra.

A festo Purificationis usque ad Ramos Palmarum et a festo Trinitatis usque ad Adventum: in Vesperis a.na *Alma.* Oratio *Concede.* — In Laudibus a.na *Ave stella.* Oratio ut supra.

Tempore Paschali: in Vesperis a.na *Regina.* Oratio *Concede.* — In Laudibus a.na *Beata Dei Genitrix.* Oratio ut supra.

Ad omnes autem praedictas memorias dicatur in Vesperis ℣. *Ora pro nobis*, in Laudibus ℣. *Elegit.*

468. — **Officium** (*) **quotidianum Beatae Virginis** totum dicatur extra Chorum, praeter Completorium. Consuevit autem dici inter duo signa Horarum canonicarum. Attendendum tamen quod, quando Missa cantatur immediate post Primam et Tertia continuatur Missae, non est dicenda Tertia de Beata Virgine ante Primam diei, sed post Tertiam. Similiter in Dominicis, quando Nona dicitur immediate post gratiarum actiones, si Vesperae, vel Vigiliae Defunctorum continuandae fuerint Nonae diei, Nona de Beata Virgine dicatur post Vesperas vel Vigilias Defunctorum. Similiter in Quadragesima non

---

(*) Columna XLI.

sunt dicendae Vesperae de Beata Virgine ante Nonam diei, sed post Vesperas, sive Nona et Vesperae continuentur, seu Vesperae post Missam dicantur.

469. — Ante omnes autem Horas dicatur *Ave Maria*, et qui incipit, dicat usque *Dominus tecum*, ita alte quod audiri possit, et alii, sive unus sive plures, prosequantur *Benedicta tu* et cetera.

470. — In praedicto officio Beatae Virginis ad Vesperas super psalmos a.na *Sancta Dei*. Psalmi *Dixit Dominus*, *Laudate pueri*, *Laetatus*, *Nisi Dominus*, *Lauda Jerusalem*. — Non dicatur in hujusmodi Officio aliquid de antiphonis in principio psalmorum. — Cap. *Sicut cinnamomum*. Hymn. *Ave maris stella*. ℣. *Ora pro nobis*. Ad *Magn*. a.na *Sancta Maria*. Oratio *Concede*. — Ad memoriam de Omnibus Sanctis: a.na *Sancti Dei*. ℣. *Orate pro nobis*. Oratio *Tribue*. — Ad memoriam de Pace: a.na *Da pacem*. ℣. *Fiat pax*. Oratio *Deus a quo*.

Ad Completorium super psalmos a.na *Virgo Maria*. Psalmi *Memento, Ecce quam, Ecce nunc*. Cap. *Ego mater*. ℟. *Intercede*. Hymn. *Virgo singularis*. ℣. *Post partum*. Ad *Nunc dimittis* a.na *Sub tuum*. Oratio *Concede misericors*.

Ad Matutinum Invitat. *Regem Virginis*. Hymn. *Quem terra*. Super psalmos a.na *Benedicta*. Psalmi *Domine Dominus*, *Caeli*, *Domini*. ℣. *Diffusa*. ℟. *Sancta et immaculata*. ℣. *Benedicta*. *Quia*. ℟. *Beata es*. ℣. *Ave Maria*. *Genuisti*. ℟. *Felix*. ℣. *Ora pro populo*. *Quia*. *Gloria*. *Christus*. — *Te Deum* dicatur quando in aliis Matutinis dicitur. — ℣. *Ora pro nobis*.

In Laudibus super psalmos a.na *Post partum*. Psalmus *Dominus regnavit* cum ceteris. Cap. *Ego quasi*. Hymn. *O gloriosa*. ℣. *Elegit eam*. Ad *Bened*. a.na *O gloriosa*. Oratio *Concede*. — Ad memorias antiphonae, versiculi, Orationes ut supra in Vesperis.

Ad Primam Hymn. *Memento salutis* et dicatur ad Tertiam, Sextam et Nonam. A.na *Dignare*. Psalmi *Ad Dominum, Levavi, Laetatus*. Cap. *Ab initio*. ℟. *Post partum*. ℣. *Benedicta*. Oratio *Gratiam*. — Ad Tertiam a.na *Gaude*. Psalmi *Ad te levavi, Nisi quia, Qui confidunt*. Cap. *Et sic in Sion*. ℟. *Sancta Maria*. ℣. *Ora pro nobis*. Oratio *Concede*. — Ad Sextam a.na *In prole*. Psalmi *In convertendo*, *Nisi Dominus*, *Beati omnes*. Cap. *Et radicavi*. ℟. *Ora pro nobis*. ℣. *Elegit*. Oratio *Protege*. — Ad Nonam a.na *Beata*

Mater. Psalmi *Saepe, De profundis*, *Domine non*. Cap. *Quasi cedrus*. ℟. *Elegit*. ℣. *Sancta Dei*. Oratio *Famulorum*.

471. — Praedicto modo fiat per totum annum quotidianum officium Beatae Virginis, quando faciendum est, excepto quod in Adventu dicitur ad *Magn*. a.na *O Virgo virginum* et ad Vesperas et ad Laudes et ad Tertiam dicitur Oratio *Deus qui de Beatae*. Ab octava vero Epiphaniae usque ad Purificationem [in eisdem Horis] dicitur Oratio *Deus qui salutis*. Item in Tempore Paschali dicitur ad *Magn*. a.na *Regina coeli*.

472. — Intermittitur autem praedictum officium in vigilia Natalis Domini in Matutinis, et deinceps usque in crastinum post octavam Epiphaniae exclusive; et in quarta feria ante Coenam Domini in Vesperis, et deinceps usque in secundam feriam post octavam Paschae exclusive; similiter in vigilia Pentecostes in Vesperis, et deinceps usque in secundam feriam post festum Trinitatis exclusive. Intermittitur etiam in omnibus festis duplicibus et totis duplicibus in primis Vesperis et deinceps usque in crastinum diei festi exclusive. Intermittitur etiam quandocumque fit de Ea officium in Conventu. Si qui tamen in supradictis temporibus ex devotione dicere voluerint, per se et submisse illud dicant.

DE OFFICIO DEFUNCTORUM.

473. — Officium Defunctorum hoc modo agatur in Conventu, cum agendum fuerit singulis septimanis: Post Nonam diei Dominicae sive alterius diei, vel post prandium tempore jejunii, vel etiam post Vesperas praeterquam in Quadragesima, si Priori melius videatur, dicantur Vesperae pro Defunctis cum Vigiliis. Poterunt tamen differri interdum Vigiliae usque post Vesperas diei, quando Vesperae Defunctorum dicuntur post Nonam, si visum fuerit. Ipsis autem Vigiliis continuentur Laudes semper cum vacaverit. Quod si non vacaverit, finito ultimo responsorio cum versibus, dicatur *Pater noster*; deinde dicat Sacerdos: *Et ne nos. A porta inferi*. ℣. *Dominus vobiscum* et Orationem *Fidelium*. Laudes autem dicantur post Matutinas.

474. — Ad Vesperas et ad Vigilias et ad Laudes, qui dicit responsoria Horarum, incipiat primam antiphonam. Ceteras incipiant

Fratres in utroque Choro secundum ordinem. In Vesperis autem dum antiphonae et psalmi dicuntur sedeant Fratres. Post ultimum vero psalmum ad versum *Requiem aeternam*, qui totus dicendus est ab illo Choro cui competit, surgant, et stet Chorus contra Chorum quousque canticum *Magnificat* cum sua antiphona finiatur. Deinde prosternant se Fratres, etiamsi Vigiliae sint solemnes, nisi festum fuerit. Quod si festum fuerit, inclinet Chorus contra Chorum. Et dicto *Pater noster,* dicatur legendo ps. *Lauda anima*, qui dicendus est totus a Fratribus prostratis, tempore prostrationum, a Fratribus vero erectis, tempore inclinationum. Finito psalmo, Hebdomadarius erectus et conversus ad Altare dicat orationes. Idem modus servetur in Laudibus post canticum *Benedictus.*

475. — In Vigiliis autem et Laudibus sedeant Fratres ad psalmos et antiphonas, usque ad *Laudate Dominum* exclusive. Et dum tertia antiphona de nocturno dicitur, surgant. Dictoque versiculo, dicatur *Pater noster* more solito. Quo finito, Sacerdos dicat *Et ne nos.* Et responso *Sed libera* non dicatur *Jube domne,* sed incipiatur lectio et Fratres sedeant. Lectiones autem in medio Chori legendae sunt, et eas legere debent, et cantare versus responsoriorum, qui per hebdomadam ad ea notati sunt, nisi Cantor aliter ordinaverit.

476. — Quando versus responsoriorum cantantur ab uno, Cantor incipiat singula responsoria. Quando vero a duobus, tunc illi incipiant responsorium qui versum cantare debuerint. In Vigiliis, quae semel in septimana fiunt, singula responsoria ab uno. In tribus vero Anniversariis Ordinis, tertium et sextum et nonum responsorium; pro praesenti autem Fratre defuncto, responsoria omnia a duobus cantentur. Emergentes vero Vigiliae fiant secundum quod Praelato videbitur.

477. — Sunt autem semper faciendae Vigiliae novem lectionum a Fratribus in Conventu, sive extra ubicumque fuerint, semel in hebdomada, (*) nisi temporibus infra notatis, in quibus intermitti possint. Poterunt autem in parvis Conventibus legendo distincte dici. Quando praedictae Vigiliae fiunt, nonum responsorium, sive dicendum fuerit ab uno, sive a duobus, dicatur cum his tribus versibus, sci-

(*) Columna XLII.

licet: *Dies illa. Tremens. Creator.* Dicto ultimo versu, Cantor reincipiat ℟. *Libera.*

478. — Intermittuntur autem praedictae Vigiliae novem lectionum in omnibus Sabbatis, et in Vigilia cujuslibet festi, nisi trium fuerit lectionum; item in festis duplicibus et totis duplicibus in utrisque Vesperis, et in Vigilia Natalis Domini, et deinceps usque ad octavam Epiphaniae exclusive; item in quarta feria ante Coenam Domini, et deinceps usque ad feriam secundam post octavam Paschae exclusive; item in vigilia Ascensionis, et deinceps usque ad octavam ipsius exclusive; item in Vigilia Pentecostes, et deinceps usque ad Dominicam post Trinitatem exclusive; item per omnes octavas. Si tamen praesens defunctus fuerit, officium Vigiliarum pro eo agi poterit, non tamen in die Natalis Domini, nec in die Coenae, nec in Parasceve, nec in Sabbato Sancto, nec in die Paschae, nec in die Pentecostes. Quod si Anniversarium quodcumque Ordinis evenerit, vel pro praesenti Defuncto, vel ex alia qualibet causa infra hebdomadam quocumque die fuerint praedictae Vigiliae faciendae, sufficit quod illae fiant, et ad alias in ipsa hebdomada non teneantur Fratres.

479. — Vigiliae vero trium lectionum dicendae sunt ab Hebdomadario praesentis hebdomadae, cum Diacono et Subdiacono, et Fratre qui scriptus est ad Missam pro Defunctis. Poterunt et alii, qui voluerint, interesse. Sunt autem semper faciendae, nisi in Sabbatis et in vigilia cujuslibet festi, nisi trium fuerit lectionum, et nisi in festis duplicibus et totis duplicibus in utrisque Vesperis, et nisi in vigilia Natalis Domini et deinceps usque ad octavam Epiphaniae exclusive, et nisi in quarta feria post Ramos Palmarum, et deinceps usque ad octavam Paschae exclusive, et nisi in vigilia Pentecostes, et deinceps usque in crastinum Trinitatis exclusive. Quando igitur dicendae fuerint, tempore jejunii extra Quadragesimam post Vesperas vel post gratias, in Quadragesima vero post gratias; quando bis comeditur post coenam vel post Nonam, cum Vesperis et Laudibus dicantur, et Hebdomadarius officium incipiat et compleat. Si qui vero eorum qui interesse tenentur, quacumque causa non interfuerint, nihilominus praedictas Vigilias dicere teneantur. Psalmi autem et lectiones et responsoria, dicantur hoc modo: In Dominica et in quarta feria dicantur psalmi primi nocturni, cum suis antiphonis et versiculo et lectionibus et responsoriis. In secunda et quinta feria dicantur

psalmi secundi nocturni, cum suis antiphonis, versiculo, lectionibus et responsoriis. In tertia vero et sexta feria dicantur psalmi tertii nocturni similiter cum suis antiphonis, versiculo, lectionibus et responsoriis. In ultimo autem responsorio dicatur tantum primus versus, scilicet *Dies illa*. Post resumptionem vero responsorium non repetatur, sed resumptio usque in finem dicatur. Quod si festum intervenerit, nihilominus in feriis singulis praedictus ordo servetur.

480. — Hoc autem ordine dicantur orationes in Vigiliis Defunctorum:

Pro praesenti, sive pro uno defuncto: si Episcopus fuerit, prima oratio dicatur *Deus qui inter apostolicos*; si alius: *Inclina*; si vero foemina: *Quaesumus Domine*. Secunda *Deus veniae*, tertia *Fidelium*.

Pro Fratribus Familiaribus et Benefactoribus: prima *Deus veniae*, secunda *Deus qui nos patrem*, tertia *Fidelium*.

In omni Anniversario: prima *Deus indulgentiarum*, secunda *Deus veniae*, tertia *Fidelium*.

Si simul evenerint Obitus et Anniversarium, dimittatur *Deus veniae* et prima oratio dicatur pro praesenti defuncto, secunda pro Anniversario, tertia non mutatur.

In Vigiliis autem trium lectionum dicatur prima *Deus veniae*, secunda *Deus qui nos patrem*, tertia *Fidelium*.

DE ANTIPHONA CANTANDA POST COMPLETORIUM AD RECOMMENDANDUM ORDINEM ET FRATRES BEATAE VIRGINI.

481. — Omni tempore, praeterquam in quarta et quinta et sexta feria ante Pascha, cantetur post Completorium a.na *Salve regina*, vel *Ave regina*, incipienda a duobus Cantoribus, vel ab aliis duobus quibus injunctum fuerit a Cantore, in medio Chori in duplicibus et totis duplicibus; aliis vero diebus ab uno cui injunctum fuerit, stante in sede sua verso vultu ad Altare. Dum autem inchoatur antiphona, Fratres omnes, praeter incipientem quando ab uno, vel incipientes quando a duobus, et praeter Ceroferarios, absque prostratione flectant genua, Chorus contra Chorum, stantes flexis genibus quousque

cantatum sit *Salve*, vel *Ave*, et tunc se erigentes, exeant processionaliter ad Ecclesiam exteriorem, praecedentibus duobus qui notati sunt ad acolythatum in Missa, cum candelabris et cereis in superpelliceis sine caputiis. Qui, ante inceptionem antiphonae venientes ante gradus presbyterii et inclinantes, stare debent ibidem quousque Fratres alii se erexerint, et tunc iterum inclinantes, praecedant in processione. Omnes autem Fratres egrediendo inclinent ante Crucem quae est inter Chorum et Ecclesiam laicorum. Dum cantatur antiphona, aspergatur aqua benedicta ab Hebdomadario, Fratre qui dicit responsoria Horarum, vel, si ipse impeditus fuerit aut absens, alio cui injunctum fuerit a Cantore, aquam benedictam post Hebdomadarium deferente. Praedicta vero genuum flexio non fiat extra Chorum. Finita antiphona, Ceroferarii dicant ℣. *Dignare me* addentes *Alleluja* Tempore Paschali, et dicatur eo modo quo dicuntur versiculi ad memorias. Dicto versiculo, Hebdomadarius subjungat *Oremus* et orationem *Concede nos* eo modo quo dicuntur orationes ad Horas. Finita oratione, dicatur *Fidelium animae.* Quo dicto, si extranei interfuerint, intrent Fratres Chorum, et ibi dicant *Pater Noster* et *Credo* in locis suis cum consuetis inclinationibus seu prostrationibus. Si vero extranei non interfuerint, dicant extra. Ceroferarii tamen semper, dicto *Fidelium*, inclinantes, statim revertantur ad Sacristiam, dicentes *Pater noster* et *Credo* in eundo. Quod si locus exterior non est aptus ad processionem, vel si Fratres fuerint pauci notabiliter, non oportet exire extra, sed in Choro fiant omnia, ceroferariis tamen secundum modum supradictum stantibus ante gradus Presbyterii. Ubi autem fuerint extranei in Ecclesia, quando aliqui Fratres remanserint a Completorio, fiat signum circa finem Completorii, ut veniant ad processionem qui a Completorio remanserunt.

DE DISCIPLINIS RECIPIENDIS POST COMPLETORIUM.

482. — Tempore quo fiunt prostrationes in Completorio, et etiam in Paschali (*) Tempore, diebus illis in quibus fierent, si essent extra Tempus Paschale, recipiendae sunt disciplinae, dicto *Pater noster*

(*) Columna XLIII.

et *Credo,* in loco ubi haec dicuntur, si sit aptus ad hoc, vel in alio aptiore secundum ordinationem Prioris. Ne autem occasione praeparationis ad hujusmodi disciplinas, prostrationes vel inclinationes impediantur, poterunt Fratres dissolvere tunicas circa finem antiphonae. Finito *Pater noster* et *Credo,* Fratres, praeparantes se deponendo superiorem partem tunicarum, dicant *Confiteor*. Quo dicto, Hebdomadarius, stans in medio, subjungat: *Misereatur*. Deinde incipiat ps. *Miserere* et Conventus eum prosequatur hoc modo, quod Hebdomadarius solus dicat unum versum, et totus Conventus dicat alium. Post psalmum, dicto *Gloria*, subjungatur communiter ab omnibus: *Kyrie eleison*, *Christe eleison*, *Kyrie eleison. Pater noster.* Quo finito, subjungat Hebdomadarius: *Et ne nos.* ℣. *Salvos fac. Dominus vobiscum. Oremus. Deus cui proprium.* Dum autem psalmus et versiculus et oratio dicuntur, circueat Hebdomadarius dando disciplinas, incipiendo a dextris in superiori parte Chori, et descendendo, deinde prosequendo in sinistro, et incipiendo ab inferiori. Nec debet pausare quousque compleverit psalmum cum versiculo et oratione praedictis. Quilibet autem Frater, postquam ille qui dat disciplinas non est reversurus ad eum ad dandum iterum disciplinam, potest reponere vestes suas. Debet tamen remanere prostratus, quousque oratio sit finita.

483. — Si vero Conventus adeo magnus fuerit, quod Frater unus cito non possit eum expedire, Hebdomadarius praecedentis septimanae adjungatur, qui prosequatur hoc officium cum Hebdomadario praesenti, et incipiat in sinistro Choro a parte inferiori, praedicto modo circuendo, ita quod uterque semel tantum circueat.

484. — Provideat autem Sacrista quod in certo loco semper inveniantur virgae pro disciplinis, ita in promptu, quod propter earum defectum non contingat Conventum moram contrahere in expectando.

485. — Ut autem ille qui dedit disciplinas, et ceroferarii et alii qui ex debito tenentur ad aliquas disciplinas, vel ex devotione plures volunt recipere, possint adhuc recipere disciplinas, completis praedictis, Hebdomadarius praecedentis hebdomadae, vel, si ipse dedit disciplinas, Hebdomadarius suam praecedens hebdomadam, vel alius cui Cantor dixerit, si aliquis ex istis defuerit, dare potest disciplinas secundum praedictum modum, in aliquo alio loco sequestri ad hoc apto.

DE OFFICIO FACIENDO IN RECEPTIONE NOVITIORUM SOLEMNI.

486. — Dum Novitius incipit in Capitulo indui, Cantor incipiat cantando hymnum *Veni Creator.* Et cum indutus fuerit, vel induti, si plures fuerint, egrediatur Conventus processionaliter ad Ecclesiam, junioribus praecedentibus, Magistro Novitiorum ultimo ducente Novitium vel Novitios usque ad gradum Altaris; ibique faciat eos prosternere. Finito hymno, et dicto *Kyrie* et *Pater noster* dicat qui recepit Novitium: *Et ne nos.* ℣. *Emitte.* ℣. *Salvum* vel *Salvos. Dominus vobiscum.* Oratio *Deus qui corda*, oratio *Praetende*; et dicantur eo modo quo dicuntur orationes ad Horas diei, et terminentur sub uno *Per Christum.* Finitis orationibus, elevetur Novitius a Magistro eorum, interim stante prope eum, et ducatur ad Receptorem, qui, amoto caputio de capite Novitii aliquantulum, aspergat eum aqua benedicta cum aspersorio sibi a Sacrista delato, et postea recipiat eum ad osculum pacis, et similiter faciant omnes Fratres sequentes in Choro suo. Postea alii de alio Choro eodem ordine. Et si plures Novitii fuerint, vadat unus post alium dando pacem. Postmodum ducatur ad radendum. Interim vero postquam orationes praedictae fuerint finitae et Novitius circuit dando pacem, si est tempus dicendi aliquam Horam, facto signo a Praelato, dicatur, ne Conventus sit otiosus. Si vero recipiendus fuerit laicus, poterunt omnia supradicta in Capitulo compleri sine cantu, dimissa processione, nisi forte, propter excellentiam recipiendi, Praelato aliquando aliud videatur.

DE OFFICIO FACIENDO IN ELECTIONIBUS.

487. — Instante electione Magistri, injungendae sunt orationes privatae Fratribus per totum Ordinem; et nihilominus ipsa die electionis post Primam, celebranda est in quolibet Conventu totius Ordinis Missa de Spiritu Sancto cum orationibus de Beata Virgine et Beato Dominico. Completa Missa in Conventu in quo celebratur electio, et inclusis electoribus, Fratres, qui non habent alias necessarias occupationes, bonum est ut vacent Missis et orationibus,

quamdiu electores morantur in electione. Electores vero inclusi, antequam procedant ad electionem, dicant flexis genibus sine cantu hymn. *Veni Creator*, cum *Kyrie eleison* et *Pater noster*, et ℣. *Emitte Spiritum*, *Dominus vobiscum, Oremus*, *Deus qui corda* et terminetur *Per Christum*, Priore Provinciali, qui primum locum tenuerit, dicente unum versum hymni, et aliis omnibus alium; postea versiculum et orationem. Deinde procedatur ad electionem. Qua facta, convocato Capitulo et recitato ibi processu coram Fratribus a praedicto Priore breviter et summatim, Cantor incipiat *Te Deum laudamus*. Quod Fratres devote prosequentes vadant ad Chorum, non servato processionis ordine. Duo vero Priores Provinciales, qui primum locum tenuerint, unus ad dexteram Magistri, si praesens fuerit, et alius ad sinistram, ducant ipsum ante gradum Altaris, ubi, flexis genibus, prostratus maneat quousque infrascripta oratio terminetur. Finito *Te Deum*, immediate primus Prior de duobus praedictis dicat: ℣. *Salvum fac. Dominus vobiscum. Oremus. Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut famulum* eo modo quo dicuntur orationes ad Horas diei, terminando orationem *Per Christum*. Postmodum duo praedicti Priores erigant eum, et ducant ad Chorum et collocent in sede sua. Interim pulsato iterum Capitulo, postquam Magister fuerit in sede sua, conveniant Fratres ad Capitulum sine processionis ordine, Magistro ultimo eunte. Cumque in Capitulum venerint, Magister, sedens in sede sua, Fratrum orationibus se recommendet, et alia, si qua voluerit proponere, proponat. Si vero Magister praesens non fuerit, nihilominus post electionem, convocato Capitulo et recitato processu, cantetur *Te Deum* et eatur ad Chorum et dicatur versiculus cum oratione; secundo tamen non oportet Fratres ad Capitulum convenire.

488. — Instante vero electione Prioris Provincialis injungantur orationes privatae faciendae per (*) totam Provinciam ante diem electionis, vel ipso die, si certa dies fuerit ad hoc statuta. In Conventu autem in quo celebratur electio, cantetur Missa de Spiritu Sancto sicut supra dictum est. Completa vero electione et recitato processu breviter ab aliquo cui impositum fuerit, Fratribus ad Capitulum convocatis, post confirmationem et receptionem officii, si

---

(*) Columna XLIV.

confirmator et electus praesentes extiterint; vel post confirmationem, si electus abest et confirmator sit praesens; vel post recitationem praedictam, si confirmator sit absens; Cantore incipiente *Laudate Dominum omnes gentes* in ea voce qua solet dici ad *Pretiosa*, Conventus prosequatur psalmum cum *Gloria Patri*, dextro Choro dicente primum versum. Quo finito, sine *Kyrie eleison* et sine *Pater noster*, Vicarius Prioris Provincialis, si praesens est et non electus, alias Prior Conventualis qui primum locum tenet, dicat legendo ℣. *Confirma hoc Deus*, [*Dominus vobiscum*] et orationem praedictam *Concede quaesumus*. Deinde dicat *Adjutorium nostrum*, et sic discedant Fratres, nisi Prior, vel electus si praesens fuerit, eos voluerit retinere.

489. — In electione Prioris Conventualis dicatur legendo psalmus *Laudate Dominum omnes gentes*, dextro Choro dicente primum versum, deinde *Gloria Patri*. Postea qui tenet Capitulum, dicat *Adjutorium nostrum*, etc.

DE ORATIONE PRO CAPITULO GENERALI, ET PRO PERGENTIBUS AD ILLUD.

490. — Die lunae post octavam Paschae et deinceps usque ad sextam feriam ante Pentecosten inclusive, omni die, nisi sit festum totum duplex, finito *Pater noster*, quod dicitur post Nonam, vel post officium Mortuorum si fiat a Conventu immediate post Nonam, dicatur ps. *Ad te levavi* ab utroque Choro alternatim cum *Gloria Patri*, Cantore ex parte Hebdomadarii incipiente; postea a.na *Veni Sancte Spiritus*. Deinde *Kyrie*, *Christe eleison*, *Kyrie*. *Pater noster*. Quo dicto, subjungat Hebdomadarius legendo: *Et ne nos*. ℣. *Emitte Spiritum*. ℣. *Salvos fac*. *Dominus vobiscum*. *Oremus*. *Deus qui corda*, *Adesto Domine supplicationibus nostris* et terminentur sub uno *Per Christum*. Fratres vero qui non sunt in Choro, nihilominus dicere debent idem.

DE BENEDICTIONE ITINERANTIUM.

491. — Fratres itinerare volentes accipiant benedictionem ab aliquo Sacerdote hoc modo: Prostratis Fratribus in modum veniae

in Choro, vel ante aliquod Altare, vel ante Crucifixum in Capitulo, Sacerdos, qui daturus est benedictionem, incipiat ps. *Levavi oculos* et qui adstant prosequantur secundum modum notatum in rubrica de disciplinis. Dicto autem *Gloria Patri* et *Kyrie* et *Pater noster*, subjungat Sacerdos praedictus: *Et ne nos* ℣. *Salvos fac. Dominus vobiscum. Oremus. Adesto Domine, supplicationibus.* Postmodum ipsos erectos aspergat aqua benedicta, aliquo de adstantibus sibi aspersorium deferente. Circa venientes de via idem observetur, hoc excepto, quod pro eis dicatur ps. *Ad te levavi* et oratio *Miserere quaesumus, Domine.*

492. — Circa benedictionem vero Magistri Ordinis supradictis aliquid est addendum. Si enim de novo post susceptum magisterium venit ad domum, vel etiam post longum tempus ex quo non fuit in domo, praescito adventu suo, cum appropinquat ad domum, convocandi sunt Fratres cum campana Capituli ad Ecclesiam, ubi collocantes se ordinate in Choro inferiori, reverenter eum recipiant. Et qui major fuerit inter eos, stans prope Fratres prostratos benedictionis officium prosequatur supradicto modo. Quo peracto, et data pace Fratribus a Magistro, ipso praecedente, Capitulum intrent Fratres, ad hoc iterum campana pulsata, ut tunc recommendet Fratrum orationibus recommendandos, et alia, si qua vult dicere, Fratribus proponat ibidem. Quo facto, eat cum Fratribus sine processionis ordine ad Coemeterium Fratrum, et ibidem incipiat ps. *De profundis* et ipse versum unum dicat, et alii Fratres alium. Finito psalmo per *Requiem* et dicto *Pater noster*, sine *Kyrie* dicat *Et ne nos, A porta inferi, Dominus vobiscum, Oremus, Deus veniae* terminando orationem *Per Christum;* deinde *Requiescant in pace.* Postea ducatur ab eo, qui praeest in domo, cum aliquibus aliis ad visitandum infirmos, si sint in domo. Deinde ducatur ad locum sibi praeparatum. Quando autem recessurus est, non reversurus in brevi, si tali hora vult recedere, quod Fratres vocari possint commode, eadem solemnitas benedictionis observetur, omissis aliis supradictis de intrando Capitulum et de Coemeterio et de infirmis visitandis, nisi de mandato suo aliud fiat.

493. — Circa benedictionem quoque Prioris Provincialis venientis, vel recedentis, observetur quod dictum est circa benedictionem Magistri, dimissis illis quae de ducendo ad locum proprium praepara-

tum, vel de intrando Capitulum, vel de visitando Coemeterium, vel infirmos dicta sunt; quae nihilominus poterit facere cum sibi videbitur faciendum. — Idem etiam observetur circa benedictionem Prioris Conventualis cum primo venit ad domum, si de Conventu alio sit assumptus.

DE ORATIONIBUS ITINERANTIUM.

494. — Fratres itinerantes consueverunt in via facere quotidie aliquam orationem. Et possunt, qui volunt, hoc modo orare. Incepta a.na *In viam pacis*, dicant canticum *Benedictus* cum *Gloria Patri*, postea a.na *In viam pacis dirige nos Domine. Kyrie. Christe eleison. Kyrie. Pater noster. Et ne nos.* ℣. *Benedictus Dominus die quotidie.* ℟. *Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. Dominus vobiscum*, vel *Domine exaudi. Oremus. Adesto Domine.* — Item, solent orare pro Benefactoribus suis in via tam vivis quam mortuis, de quorum eleemosynis sustentantur, dicendo ps. *Ad te levavi* et *De profundis* cum versiculis et orationibus, quae solent dici in Capitulo post recitationem beneficiorum. — Item, pium est quod, transeuntes per Coemeteria, orent pro mortuis dicendo ps. *De profundis* cum *Requiem* et *Pater noster. Et ne nos.* ℣. *A porta inferi. Dominus vobiscum* vel *Domine exaudi. Oremus. Deus cujus miseratione.* — Item, intrantes Ecclesiam quamcumque, flexis genibus, debent orare secreto, secundum quod Dominus cuilibet inspirabit, et varii affectus et necessitates requirunt. Potest autem, dicto *Pater noster* et *Ave Maria* et ℣. *Orate pro nobis omnes Sancti Dei* et *Domine exaudi*, animo erecto ad Sanctum vel ad Sanctos qui in illa Ecclesia venerationi habentur, sic dici: *Infirmitatem nostram quaesumus, Domine, propitius respice, et mala omnia, quae juste meremur, istius vel istorum et omnium Sanctorum tuorum intercessione, averte. Per Christum.* — Item, intrantes domum quamcumque possunt dicere juxta doctrinam Salvatoris: *Pax huic* (*) *domui. Et omnibus habitantibus in ea.* Ad haec possunt alias orationes pro libito dicere, in via constituti, secundum devotionem a Deo sibi datam.

(*) Columna XLV.

DE MODO RECIPIENDI AD BENEFICIA.

495. — Cum aliquis petit recipi ad beneficia, si talis sit persona propter quam dignum sit judicio Praelati convocari Conventum, provideat Prior de aliquo Fratre, seu Fratribus, qui associent eam in locutorio vel alio loco apto, et interim convocetur Conventus. Congregatis autem Fratribus et Priore in Capitulo, unus Fratrum cui injunctum fuerit, vadat ad adducendum illum qui fuerit recipiendus, et ipso ingrediente, si sit Episcopus vel persona multum excellens, assurgat Prior et Fratres, ita quod Prior procedat aliquantulum obviam ei, Fratres vero stent in locis suis. Postmodum, si ipse sustinuerit, collocet eum Prior in loco suo, si fuerit Rex, vel Ecclesiastica Persona multum excellens, ut sunt Episcopi, Cardinales, Legati, et ipse juxta eum remaneat. Si vero non sustinuerit, Prior remanens in loco suo, collocet eum juxta se. Si vero non fuerit talis persona cui sit assurgendum, Frater qui cum ea ingreditur, ducat eam usque ad Praelatum, et tunc collocet eam Praelatus, vel juxta se, si sibi visum fuerit, vel permittat eam sedere juxta pedes suos. Porro in assurgendo vel non assurgendo, Conventus imitetur Priorem, cujus discretio videat quando fuerit faciendum.

496. — Tunc si est talis persona quae sciat et velit proponere petitionem suam, proponat, vel sedendo, vel stando secundum prudentiam et moderationem Praelati. Si vero non vult proponere, vel minus idonea sit ad proponendum, Prior proponat Conventui vice ejus petitionem suam.

497. — Proposita petitione ejus, sive ab illa sive a Priore, et ipsa residente, ostendat Prior Conventui quantum Fratres tenentur ei, explicando prout poterit, cum bona conscientia, quam devota sit Ordini illa persona, et quam benefactrix, et quantum exaudienda in sua petitione propter fidem quam habet in orationibus Fratrum, et propter magnum bonum quod consequi potest de bono statu et vita ipsius; et haec, si sit persona sublimis, et alia hujusmodi, quae eam possint aedificare, et Fratres excitare ad libenter orandum pro ea. Quo facto, Prior dirigens sermonem ad personam illam, dicat quod ipse et Fratres libenter volunt annuere petitioni suae.

498. — Deinde surgant Prior et Fratres; et Prior, sumpto libro Regulae et Constitutionum, sibi a Sacrista praeparato, et aperto, stet, et ponat persona recipienda manus suas super librum, flexis genibus, vel stando, si fuerit persona sublimis. Tunc incipiat Prior ps. *Ad te levavi* dicendo unum versum et Conventus alium. Finito psalmo et dicto *Gloria Patri, Kyrie, Pater noster*, dicat Prior: *Et ne nos.* ℣. *Salvum vel salvam fac. Dominus vobiscum. Oremus. Praetende Domine.*

499. — Finita oratione et responso *Amen*, dicat Prior illi personae: *Ego ex potestate mihi concessa in Conventu isto, do vobis participationem in omnibus bonis quae Dominus dederit fieri per Fratres hujus Conventus, sive sint Missae, sive orationes, vel jejunia, vel abstinentiae, vel vigiliae, vel praedicationes, vel labores alii, seu alia quaecumque bona, et ad omnia ista recipio vos in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Et Conventus respondeat *Amen*, et ipse osculetur librum.

500. — Si vero persona petens recipi ad beneficia sit talis quod non deceat propter suam excellentiam ponere manum super librum, sicut est Imperator vel Rex, Cardinalis vel Episcopus et hujusmodi, tunc, dimissa solemnitate de orationibus et libro, poterit Prior injungere aliquas orationes speciales pro eo [in ejus praesentia,] vel dicere se injuncturum, et nihilominus dicere supradicto modo quod ad omnia bona praedicta recipit eum. Poterit autem post ista, si visum fuerit secundum conditionem personae, Prior ei regratiari de dilectione quam habet ad Ordinem, et recommendare ei Fratres et Ordinem orationibus suis, maxime si sit spiritualis persona vel religiosa.

501. — Si vero persona recipienda non sit ad Capitulum ducenda, si est mulier magnae nobilitatis, poterit convocari Conventus ad Ecclesiam exteriorem, et ibidem poterunt omnia supradicta fieri. Alioquin Prior cum aliquo Fratre, vel aliquibus, potest recipiendum recipere, dimisso de praedicta solemnitate quidquid sibi videtur dimittendum. — Si vero recipiendi sunt plures, eadem forma servetur mutato numero et sexu [in oratione] secundum exigentiam recipiendorum.

502. — Si ille qui recipit non sit Prior Conventualis, sed vices ejus gerens, forma praedicta servetur. Si vero sit Prior Provincialis

vel Magister, idem servetur cum tali ampliatione, quod Provincialis recipit ad beneficia Provinciae, Magister vero ad beneficia totius Ordinis.

503. — Si vero super his sint litterae faciendae, quod non est facile concedendum, nisi magna causa hoc requirat, fiat hoc modo, praemissa salutatione: *Exigente piae devotionis affectu quem ad Ordinem nostrum habetis, vel habet Vestra Nobilitas*, vel *Vestra Excellentia,* vel *Paternitas Vestra, concedimus Vobis per praesentes participationem in omnibus bonis, videlicet Missis, orationibus jejuniis, abstinentiis, vigiliis, laboribus, praedicationibus, ceterisque hujusmodi, quae per Fratres nostros in hoc Conventu,* vel *in Provincia tali,* vel *in toto Ordine ubique terrarum fieri dederit Auctor bonorum omnium Dei Filius Jesus Christus. Datum tali loco, tali anno, tali die.*

Quando autem major gratia fuerit facienda, poterit ante datam addi talis clausula: *Ordinantes nihilominus et volentes ut in Capitulo nostro,* vel *in Capitulo nostro Provinciali,* vel *in Capitulo nostro Generali post decessum Vestrum anima vestra Fratrum orationibus devote recommendetur, si Vester ibidem obitus fuerit nuntiatus.*

Si vero major gratia sit facienda, poterit addi iterum haec clausula: *Et Missae et orationes per totum Ordinem injungantur pro Vobis, sicut pro Fratribus nostris defunctis fieri consuevit. Datum*, etc.

DE PRETIOSA.

504. — Cum in Choro dicendum fuerit *Pretiosa*, pronuntiatis quae de Martyrologio pronuntianda sunt, subjungat Hebdomadarius, stans versus ad Chorum: ℣. *Pretiosa est*, et Conventus surgens respondeat *Mors Sanctorum*. Deinde Hebdomadarius absque *Dominus vobiscum* et absque *Oremus* subjungat orationem *Sancta Maria.* Qua finita et responso *Amen*, dicat ℣. *Deus in adjutorium.* ℟. *Domine ad adjuvandum. Deus in adjutorium. Domine ad adjuvandum. Deus in adjutorium. Domine ad adjuvandum.* Postea dicatur communiter *Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleison* et subjungatur secreto *Pater noster.* Deinde dicat Hebdomadarius: *Et ne*

nos. ℣. *Respice Domine in servos tuos.* Postea sine *Dominus vobiscum* et sine *Oremus* subjungat Orationem *Dirigere et sanctificare* (*). Qua finita et dicto *Jube domne* ab illo qui legit calendas, si legendum fuerit de Evangelio, Hebdomadarius det benedictionem: *Divinum auxilium*; si vero de Constitutionibus, detur benedictio: *Regularibus disciplinis.*

505. — Fratres qui extra Conventum sunt, si Evangelium proprium in promptu non habuerint, dicant: *Secundum Joannem. In principio erat Verbum*, etc. usque *sine ipso factum est nihil.* — De Constitutionibus vero dicatur lectio: *Quoniam ex praecepto regulae* etc. usque *uniformes in observantiis canonicae religionis inveniamur.*

506. — Deinde dicto *Commemoratio Fratrum*, etc. Praelatus, vel, si ipse defuerit, Hebdomadarius dicat *Requiescant in pace,* et responso a Conventu *Amen*, Cantor vel Succentor, secundum quod hebdomada fuerit, incipiat ps. *Laudate Dominum omnes gentes.* Quo dicto alternatim ab utroque Choro cum *Gloria Patri*, subjungat Hebdomadarius ℣. *Ostende nobis. Dominus vobiscum. Oremus. Actiones nostras.* Deinde Praelatus, vel, si ipse defuerit, Hebdomadarius dicat: *Adjutorium.* Postea: *Fidelium animae.*

507. — Quando autem in Capitulo dicendum fuerit, si sermo fuerit faciendus, et extranei interesse debuerint, omnia fiant et terminentur antequam sermo fiat, sicut supra notatum est, excepto quod qui tenet Capitulum, dicto *Requiescant in pace*, dicet *Benedicite*, et responso *Dominus*, incipiet psalmum *Laudate.* Si autem extranei non debuerint interesse, dicto *Benedicite*, et propositis, si qua voluerit proponere, qui tenet capitulum, dicat: *Surgat qui debet facere sermonem*, et ille surgens veniat ante eum, et flexis genibus et inclinato capite, petat benedictionem dicendo: *Jube domne*, et detur benedictio: *Dominus sit in corde tuo*, etc. Qua recepta, vadat ad locum ubi facientes sermonem esse consueverunt. Finito sermone, qui tenet capitulum, incipiat ps. *Laudate.* Cetera quae sequuntur fiant ut praedictum est.

508. — Si vero culpae fuerint audiendae, fiant orationes pro benefactoribus hoc modo: Dicto *Benedicite* ut supra, si recitanda

---

(*) Columna XLVI.

fuerint beneficia, recitentur. Deinde recommendatis quos recommendare habuerit vel voluerit qui tenet capitulum, surgendo sine *Oremus* dicat orationem *Retribuere dignare*, et tunc omnes surgant. Responso post orationem *Amen*, Cantor vel Succentor, secundum quod hebdomada fuerit, incipiat ps. *Ad te levavi*, et Conventus ipsum prosequatur et sequentem, dicendo versus alternatim. Finito ps. *Ad te levavi*, cum *Gloria Patri*, et *Sicut erat*, subjungatur ps. *De profundis*, terminandus per *Requiem aeternam*. Postea communiter dicatur *Kyrie eleison* et *Pater noster* secreto. Quo finito, subjungat Hebdomadarius: *Et ne nos.* ℣. *Oremus pro Domino Papa.* ℣. *Salvos fac. Requiescant in pace. Dominus vobiscum. Oremus.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus qui facis*, oratio *Praetende,* oratio *Fidelium.* Praedictae autem tres orationes dicantur eo modo quo dicuntur orationes ad Horas, sub uno *Oremus*, et terminentur sub uno *Qui vivis et regnas per omnia*, etc.

DE BENEDICTIONE MENSAE.

509. — Ablutis manibus et residentibus Fratribus in Claustro, postquam Praelatus cum nola Refectorii breve signum fecerit, ingrediantur Fratres Refectorium, junioribus praecedentibus. Et dum ingrediuntur, pulset Praelatus nolam non nimis breviter. Pulsatione finita, qui dicit responsoria Horarum, vadens ante locum suum ad medium Refectorii, dicat *Benedicite.* Quo dicto, inclinet, et sic revertatur ad locum suum. Dicto vero *Benedicite*, tempore quo bis reficiuntur Fratres, Cantor vel Succentor, secundum quod fuerit hebdomada, ad prandium incipiat ℣. *Oculi omnium*, et Conventus ipsum et sequentem communiter prosequatur cum *Gloria Patri* et *Kyrie* et *Pater noster*. Deinde subjungat qui Missam celebravit in Conventu: *Et ne nos. Oremus. Benedic Domine* tantum unam crucem faciendo super omnes mensas. Et responso *Amen*, qui lecturus est in mensa, stans in medio Refectorii dicat: *Jube domne*; et Sacerdos praedictus det benedictionem: *Mensae celestis*; et responso *Amen*, Fratres se collocent per mensas; et Lector vadat ad locum in quo legendum est, et Fratribus collocatis, incipiat legere. Finito prandio, et facto signo a Praelato cum nola, lectio terminetur, hoc proviso

a Praelato, antequam signum faciat, quod sit idonea terminatio. Dicto autem *Deo gratias*, Praelatus stans in sede sua pulset nolam quousque magna pars Fratrum collocaverit se in locis suis ante mensas. Qui vero habent facere venias, ante terminationem pulsationis non faciant. Pulsatione terminata, Cantor vel Succentor praedictus incipiat ℣. *Confiteantur*, et Conventus communiter prosequatur subjungens *Gloria Patri* et *Sicut erat*. Quo dicto, qui fecit benedictionem verso vultu ad Imaginem, quae debet esse super sedem Prioris in quolibet Refectorio, dicat: *Agimus Tibi*. Deinde Cantor, vel Succentor praedictus, incipiat ps. *Miserere*, et Conventus ipsum prosequendo, utroque Choro alternatim suum versum dicente, processionaliter praecedentibus junioribus, ad Chorum vadat. Finito psalmo cum *Gloria Patri*, subjungatur communiter *Kyrie*. Deinde *Pater noster*. Quo dicto, subjungat Sacerdos praedictus: *Et ne nos* ℣. *Dispersit*. ℣. *Benedicam*. ℣. *In Domino laudabitur*. ℣. *Magnificate*. ℣. *Sit nomen*. Postea sine *Dominus vobiscum* et sine *Oremus*, dicat Orationem *Retribuere dignare*.

Idem modus servetur in coena, hoc excepto, quod ante comestionem dicitur ℣. *Edent pauperes*, et Lectori datur ab Hebdomadario, etiam si Missam non celebravit, benedictio: *Ad coenam*. Post comestionem vero dicitur *Memoriam* et *Benedictus Deus in donis*.

510. — Quando autem jejunatur, ante comestionem dicitur ℣. *Edent*, et datur Lectori benedictio *Mensae coelestis*. Post comestionem vero dicitur *Memoria* et *Agimus Tibi*. Cetera non mutantur.

511. — Praedictus modus per totum annum observetur, nisi quod in die Coenae et in Parasceve, non dicitur *Gloria Patri*.

512. — Si Praelatus aliquis in refectorio non fuerit, Frater qui primus est ex parte Hebdomadarii, in signis post prandium et coenam cum nola faciendis, et ad surgendum cum fit ab aliquo venia, suppleat vices ejus.

513. — In collatione tempore jejunii Lector ad signum Praelati vel Hebdomadarii, si Praelatus in Refectorio non fuerit, dicat *Jube domne* et Hebdomadarius det benedictionem *Noctem quietam*. Deinde infra lectionem, facto signo a Praelato, vel ab Hebdomadario, ut supra, dicat Lector *Benedicite* et Hebdomadarius, stando in loco suo, et unum tantum signum Crucis faciendo, det benedictionem super

potum: *Largitor omnium*. Postquam vero Fratres biberint, ad signum Praelati vel Hebdomadarii terminetur lectio per *Tu autem*. Et postmodum Praelatus vel, si ipse defuerit, Hebdomadarius versus ad Imaginem dicat: *Adjutorium nostrum*. Et sic processionaliter, in silentio vadant ad Ecclesiam.

DE (*) QUO MISSA SIT IN CONVENTU DIEBUS SINGULIS FACIENDA.

514. — Per totum Adventum et ab octava Epiphaniae usque ad Quadragesimam, item ab octava Paschae usque ad Rogationes et a *Deus omnium* usque ad Adventum, in secunda feria, si vacaverit, sin autem in proxima vacante, quae tamen non sit Sabbatum, Missa pro Defunctis celebranda est in Conventu, nisi festivitates impediant. Quod si festa trium lectionum vel supra, tot evenerint quod Missa pro Defunctis celebrari non possit infra hebdomadam, in qua fiunt Vigiliae novem lectionum in Conventu, provideat Cantor quod, loco illius, Missa una pro Defunctis a Fratre aliquo celebretur.

Idem etiam fiat in Quadragesima semel in qualibet septimana.

Idem etiam fiat in Sabbatis quando in sexta feria dicuntur in Conventu Vigiliae Defunctorum.

515. — Porro per Adventum et ab octava Epiphaniae usque ad Caput Jejunii exclusive, poterit in feria tertia, quarta, quinta, et sexta, si vacaverint, Missa de Dominica vel de Beato Dominico celebrari, vel in aliqua illarum pro Fratribus mortuis illo anno, vel de Anniversario, si acciderit.

516. — Ab octava etiam Paschae usque ad Rogationes idem fiat, excepto quod in sexta feria, si vacaverit, Missa de Cruce celebretur.

517. — Item a *Deus omnium* usque ad Adventum, tertia et quarta feria idem observetur. In quinta vero feria, si vacaverit, Missa de Spiritu Sancto, et in sexta feria Missa de Cruce fiat.

518. — In omnibus autem Sabbatis per Adventum, nisi in Sabbato Quatuor Temporum, item in Sabbato infra octavam Epipha-

---

(*) Columna XLVII.

niae et deinceps in omnibus Sabbatis usque ad Quinquagesimam, item in Sabbato post Dominicam in Albis et deinceps omnibus Sabbatis usque ad Ascensionem, item in Sabbato post festum Trinitatis et deinceps in omnibus Sabbatis etíam infra octavas Sanctorum usque ad Adventum, excepto Sabbato Quatuor Temporum Septembris, Missa de Beata Virgine celebretur, nisi festum simplex vel majus, aut vigilia, quae propriam Missam habeat, impediat, aut praesens Defunctus fuerit, pro quo Missa in Conventu debeat celebrari. Quod si Anniversarium aliquod Ordinis in Sabbato evenerit, Missa de Anniversario in sequentem hebdomadam transferatur.

519. — In omnibus autem Dominicis per totum annum etiam infra octavas, Missa de Dominica celebretur, nisi festum simplex vel majus, vel vigilia, de quo Missa celebranda sit, impediant. Quando vero Missa dominicalis in Dominica non celebratur, debet in aliqua feria vacante infra suam hebdomadam celebrari, etiam si ad Horas fiat officium de octavis.

520. — In omni autem festo, etiam trium lectionum, celebranda est de eo Missa, quando matutinale officium de ipso praecesserit, nisi Sabbatum fuerit, vel praesens Defunctus occurrerit, pro quo Missam oporteat celebrari.

521. — Infra omnes vero octavas, facienda est Missa quotidie de octavis, nisi festum, vel Missa de Vigilia, vel majores octavae supervenientes, vel dominicalis Missa, vel praesens Defunctus, vel in Sabbato Missa de Beata Virgine impediant.

522. — Cum incertum est de quo Missa debeat celebrari, Cantoris erit providere de quo celebretur, et ei, qui celebraturus est, competenti hora intimare debebit.

523. — Quando autem infra hebdomadam in profestis diebus celebratur Missa de Spiritu Sancto, vel de Cruce, vel de Beata Virgine, vel de Beato Dominico, seu de quocumque Sancto, prostrationes in Missa non fiant, sicut in festo simplici. Idem etiam servetur in Missis de vigiliis, quas infra octavas celebrari contigit.

DE QUIBUS VIGILIIS MISSA SIT CELEBRANDA.

524. — Vigiliae de quibus Missa celebranda est in Conventu, etiam cum aliquando evenerint in Dominica, sunt hae: Vigilia Sancti

Andreae, Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, Pentecostes, Sancti Joannis Baptistae, Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Laurentii, Assumptionis Beatae Mariae, Sancti Matthaei, Apostolorum Simonis et Judae, Omnium Sanctorum.

525. — Quandocumque igitur aliqua vigilia in Dominica evenerit, Missa de vigilia celebretur, et Missa de Dominica transferatur, exceptis vigilia Sancti Andreae et vigilia Natalis Domini, in quibus, cum in Dominica evenerint, debent fieri duae Missae.

QUANDO PLURES MISSAE IN CONVENTU SINT CELEBRANDAE.

526. — Subscriptis diebus duas Missas celebrari necesse est in Conventu: In vigilia Sancti Andreae, si evenerit in Dominica. — In festo Sancti Thomae Apostoli, si eveniat in jejuniis Quatuor Temporum. — In vigilia Natalis Domini, si contingat in Dominica. — In festo Sancti Silvestri, si in Dominica evenerit. — In Quadragesima quandocumque agitur de festo. — In Dominica ante Ascensionem, et tribus diebus sequentibus, si festum simplex vel majus occurrerit. — Item in octava Nativitatis Beatae Virginis, et in vigilia et in festo Beati Matthaei, si aliquod illorum in jejuniis Quatuor Temporum contingat. — Item in vigilia Pentecostes, in anno electionis Magistri.

527. — Item duae Missae celebrandae sunt in suscriptis diebus, si pro praesenti Defuncto celebrari oporteat in Conventu, videlicet: In omnibus Dominicis per totum annum, et in omnibus festis simplicibus et supra, praterquam in die Nativitatis Domini, et in die Paschae, et in die Pentecostes. — Item, in omnibus vigiliis quae Missas habent, et in omnibus jejuniis Quatuor Temporum, et quotidie in Quadragesima, praeterquam in Parasceve et Sabbato Sancto Paschae. — Item, quotidie infra octavas Paschae et Pentecostes. — Item, in tribus diebus Rogationum. — Item, in feria in qua Missam dominicalem necesse est celebrari.

528. — Quoties autem in diebus jejuniorum duae Missae, scilicet de jejunio et de Sancto cantandae sunt in Conventu, prima Missa erit de Sancto. Si vero in Dominica duas Missas cantari oporteat,

prima Missa erit de Dominica, excepta Dominica prima Adventus, si in ea vigilia Sancti Andreae evenerit, tunc enim major erit de Dominica.

Quod si tertiam Missam pro praesenti Defuncto, vel alia de causa, in Conventu oporteat celebrari, Praelatus ordinet, secundum quod melius videbitur expedire.

529. — Quando autem plures Missae in Conventu fuerint celebrandae, Cantor provideat qui illas Missas celebret, ad quas nec Praelatus, nec Hebdomadarius sunt notati.

DE INTROITU MISSAE.

530. — Sciendum est quod Introitus Missae semper post versum, vel post *Gloria* repetitur, nunquam autem triplicatur. *Gloria Patri* semper post versum dicitur, nisi in Dominica de Passione et deinceps usque ad Pascha exclusive, quando de Tempore (*) agitur, et nisi in Missa pro Defunctis.

QUANDO DICENDUM EST GLORIA IN EXCELSIS.

531. — In Nativitate Domini et deinceps quotidie usque ad octavam Epiphaniae, nisi in festo Innocentum, quando est extra Dominicam, dicatur *Gloria in excelsis.*

Dicatur etiam in vigilia Paschae et quotidie per octavam et in Ascensione Domini et quotidie per octavam et in vigilia Pentecostes et deinceps quotidie usque ad Trinitatem.

Dicatur etiam in omnibus Dominicis per totum annum, nisi in Adventu, et in Septuagesima et deinceps usque ad Pascha exclusive.

Dicatur etiam in omnibus festis simplicibus et semiduplicibus, nisi in festo Innocentum, quando est extra Dominicam, et nisi in illis quae a Septuagesima usque ad Ramos Palmarum celebrantur. In festis vero duplicibus et totis duplicibus dicatur omni tempore, nisi in vigilia Natalis Domini.

(*) Columna XLVIII.

Dicatur etiam quotidie infra omnes octavas, nisi in Missis de vigiliis, si extra Dominicam occurrerint celebrandae.

Dicatur etiam in omnibus Sabbatis quando de Beata Virgine celebratur, praeterquam in Adventu, et a Septuagesima usque ad Pascha, et praeterquam in vigilia Assumptionis, quando in Sabbato evenerit.

532. — Quod si aliqua Missa in die qua cantandum est *Gloria in excelsis* occurrerit celebranda, dicatur etiam in illa, nisi fuerit pro Defunctis, vel de vigilia Sancti, cum extra Dominicam celebratur, et nisi in jejuniis Quatuor Temporum et in Quadragesima, et in tribus diebus Rogationum in Missis de jejunio, quando festum simplex vel majus, in temporibus occurrerit supradictis.

533. — Quando vero in profestis diebus Missa de Spiritu Sancto, vel de Beata Virgine, vel de quocumque Sancto celebratur, non cantetur *Gloria in excelsis.*

534. — Quandocumque autem *Gloria in excelsis* dicitur, Missa per *Ita missa est* terminetur. Quando vero non dicitur, terminetur per *Benedicamus*, nisi Missa fuerit pro Defunctis, quae per *Requiescant* terminari debet.

DE NUMERO ORATIONUM IN MISSA.

535. — In Missis Conventualibus tres tantum Orationes dicantur, nisi memoriarum necessitas exigat. Quod si tamen quatuor occurrerint dicendae, quinta non superaddatur.

In duplicibus vero et totis duplicibus, praeterquam in duobus diebus post Natale, et in die Circumcisionis, item per totam hebdomadam Paschae et Pentecostes, et ubicumque specialiter est signatum, una sola Oratio est dicenda.

536. — Quando etiam duae Missae in Conventu fuerint celebrandae, in Missa quae solemnior fuerit, una tantum Oratio dicatur, nisi quando altera Missarum fuerit pro praesenti Defuncto, tunc enim in Missa pro Defuncto una tantum dicenda est; in alia vero tres, nisi fuerit de duplici vel de toto duplici, vel ibi aliud specialiter sit notatum.

DE ORATIONIBUS DICENDIS IN MISSA CONVENTUALI NISI QUANDO CELEBRATUR PRO DEFUNCTIS.

537. — **Per Adventum.** — In Dominicis Diebus, secunda Oratio *Deus qui de Beatae Mariae,* tertia *Deus qui charitatis.* — Quod si vigilia Beati Andreae in prima Dominica Adventus evenerit, in Missa de vigilia secunda Oratio erit de Dominica, tertia de Beata Virgine. In Missa vero de Dominica tantum una dicatur Oratio.

Feria secunda, secunda Oratio sit de Adventu, tertia de Beata Virgine.

Feria tertia, secunda Oratio erit de Beata Virgine, tertia *Ineffabilem.*

Feria quarta, secunda de Beata Virgine, tertia *Praetende.*

Feria quinta, secunda de Beata Virgine, tertia *Corda famulorum.*

Feria sexta, secunda de Beata Virgine, tertia *Adesto Domine, supplicationibus.*

Quod si festum in aliqua dictarum feriarum occurrerit, secunda erit de Adventu, tertia de Beata Virgine, vel de memoria, si occurrerit.

Sabbato, secunda oratio erit de Adventu, tertia *Ecclesiae*, vel de memoria. — Si vero festum fuerit, secunda erit de Adventu, tertia de Beata Virgine. Quod si cum festo memoria occurrerit, secunda erit de Beata Virgine, tertia de memoria.

538. — **A Nativitate Domini usque ad octavam Innocentum exclusive,** dicantur orationes secundum ordinem memoriarum quae diebus illis fieri in Vesperis et Laudibus consueverunt.

539. — **In octava Innocentum,** secunda oratio *Deus qui salutis,* tertia *Deus omnium fidelium.*

540. — **In vigilia Epiphaniae,** secunda oratio *Deus qui salutis,* tertia *Corda famulorum.*

541. — **Per ferias infra octavam Epiphaniae,** praeterquam in Sabbato, secunda oratio erit de Beata Virgine, vel tertia, quando memoria de Sancto fuerit facienda, quia tunc secunda erit de memoria.

Feria secunda, tertia *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.*

Feria tertia, tertia de Beato Dominico.

Feria quarta, tertia *Deus omnium.* — Quod si Missa fuerit de Dominica, secunda oratio erit *Deus qui hodierna die Unigenitum*; tertia *Deus qui salutis.*

Feria quinta, tertia *Corda famulorum.*

Feria sexta, tertia *Praetende.*

Sabbato, secunda de Epiphania; tertia *Ecclesiae*, vel de memoria.

[Dominica, secunda erit de Epiphania; tertia] *Deus qui salutis*, vel de memoria, si occurrerit; et tunc quarta erit *Deus qui salutis.*

In octava Epiphaniae, secunda de Sanctis Hilario et Remigio; tertia de Beata Virgine. — Quod si Dominica fuerit, secunda erit de Dominica; tertia de Sanctis; quarta de Beata Virgine.

542. — **Ab octava Epiphaniae usque ad Caput Jejunii exclusive,** dicantur orationes hoc ordine:

Dominica, secunda oratio *Deus qui charitatis*, vel de Dominica, si festum fuerit; tertia *A cunctis.*

Feria secunda, si Missa de Sancto fuerit, secunda oratio erit de Dominica; tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum.*

Feria tertia, secunda de Beata Virgine; tertia *Praetende.*

Feria quarta, secunda de Beato Dominico; tertia *Corda famulorum.*

Feria quinta, secunda *Deus qui corda*; tertia *Concede, quaesumus, Omnipotens Deus, ut intercessio.*

Feria sexta, secunda de Dominica; tertia *A Cunctis.*

Sabbato, secunda de Dominica vel de Beata Virgine, si de festo Missa fuerit, tertia *Ecclesiae.*

Quando in praedictis diebus memoria de Sancto occurrerit facienda, secunda oratio erit de eo, tertia non mutabitur.

543. — **In Capite Jejunii et deinceps usque ad Coenam Domini exclusive** dicantur (*) orationes hoc ordine.

Dominica, secunda *Deus qui charitatis*; tertia *A cunctis.*

Feria secunda, secunda oratio *Exaudi, quaesumus, Domine, supplicum*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum.*

(*) Columna XLIX.

Feria tertia, secunda *Corda famulorum*; tertia *Concede, quaesumus, Omnipotens Deus, ut intercessio.*

Feria quarta, secunda *Exaudi, quaesumus, Domine*; tertia *A cunctis.*

Feria quinta, secunda *Ineffabilem*; tertia *Praetende.*

Feria sexta, secunda *Exaudi, quaesumus, Domine, supplicum*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.*

Sabbato, secunda de Beata Virgine; tertia *Ecclesiae.*

Quando autem in aliqua praecedentium feriarum festum aliquod celebrabitur, in Missa de festo tantum una oratio dicatur; in Missa vero de jejunio secunda oratio et tertia dicantur sicut in feriis praenotatum est; nisi in Annuntiatione, tunc enim in Missa de jejunio secunda oratio erit *Deus qui de Beatae Mariae*, tertia non mutabitur.

Quod si aliqua etiam die infra dictum tempus memoria de Sancto evenerit, secunda oratio erit de ipso Sancto, tertia non mutabitur; nisi in Sabbato, tunc enim secunda oratio erit de Beata Virgine, tertia de Sancto.

544. — **Ab octava Paschae usque ad Dominicam ante Ascensionem exclusive,** dicantur orationes hoc ordine.

Dominica, secunda de Cruce *Deus qui pro nobis*, vel de Dominica, si festum fuerit; tertia *A cunctis.*

Feria secunda, si festum fuerit, secunda erit de Cruce; tertia *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.*

Feria tertia, secunda de Cruce; tertia *Adesto, Domine, supplicum.*

Feria quarta, secunda de Cruce; tertia *A cunctis.*

Feria quinta, secunda de Cruce; tertia *Concede, quaesumus, Omnipotens Deus, ut intercessio.*

Feria sexta, secunda *Deus a quo sancta*, vel de Cruce, si festum fuerit; tertia *Deus omnium.*

Sabbato, secunda de Cruce; tertia *Ecclesiae.* — Si Missa de festo fuerit, secunda oratio de Beata Virgine, tertia de Cruce.

Quando vero infra dictum tempus occurrerit memoria de Sancto facienda, secunda oratio erit de Sancto, tertia de Cruce; nisi in sexta feria, quando Missa de Cruce celebrabitur, quia tunc tertia non mutatur.

Praedictus ordo servetur nisi in festo Sanctae Crucis, quod, si in Dominica evenerit, secunda oratio erit de Dominica, tertia de Sanctis; si vero in Sabbato, secunda oratio erit de Beata Virgine, tertia de Sanctis; si autem alio die, secunda erit de Sanctis, tertia non mutabitur.

545. — **Dominica ante Ascensionem,** secunda oratio de Cruce, tertia *A cunctis.*

Feria secunda, secunda de Cruce; tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum.*

Feria tertia, secunda de Cruce; tertia *Adesto*, *Domine*, *supplicum.*

Feria quarta, secunda de Cruce; tertia *A cunctis.*

Quod si in Dominica, vel in aliqua dictarum feriarum festum evenerit, in Missa de festo una tantum oratio dicatur; in Missa vero de Dominica vel de feria, ut supra: excepto festo Sanctae Crucis, in cujus Missa una tantum oratio dicatur, in Missa vero de Dominica, vel de feria, secunda erit de Martyribus, tertia non mutabitur.

[Si vero memoria tantum occurrerit, secunda erit de ipsa, tertia de Cruce].

546. — **In crastino Ascensionis,** secunda oratio *Deus a quo sancta*; tertia *Concede, quaesumus, Omnipotens Deus, ut intercessio.*

Sabbato, secunda de Ascensione, tertia *Ecclesiae.* — Si Missa fuerit de festo, secunda erit de octava, tertia de Beata Virgine. — Si memoria cum festo occurrerit, quarta oratio dicatur de ipsa.

In Dominica, secunda de Ascensione, tertia *A cunctis.* — Si festum fuerit, secunda de Ascensione, tertia de Dominica. — Si memoria cum festo occurrerit, quarta oratio dicatur de ipsa.

Feria secunda, secunda *Praetende*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus*, *qui vivorom.*

Feria tertia secunda de Beato Dominico; tertia *Adesto, Domine*, *supplicum.*

Feria quarta, secunda *Deus qui caritatis*; tertia *A cunctis.*

Feria quinta, secunda *Corda famulorum*; tertia *Concede quaesumus*, *Omnipotens Deus, ut intercessio.*

Si in aliqua feria infra octavam Missa fuerit de festo celebranda,

secunda oratio erit de octava, tertia non mutabitur; nisi memoria fuerit facienda, quia tunc tertia erit de memoria. — Si vero memoria tantum occurrerit facienda, secunda oratio erit de ea, tertia non mutabitur.

547. — Feria sexta, Missa fiat pro Defunctis, nisi festum impediat. — Si vero de Sancto fiat, secunda oratio erit *Omnipotens, sempiterne Deus, qui facis,* tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum.*

548. — **In Crastino Trinitatis,** secunda oratio *Corda famulorum*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum.*

Feria tertia, secunda de Beato Dominico; tertia *Deus omnium.*

Feria quarta, secunda *Deus qui caritatis*; tertia *A cunctis.*

Feria quinta, secunda *Deus qui corda*; tertia *Concede, quaesumus, Omnipotens Deus ut intercessio.*

Feria sexta, secunda *Deus, qui Unigeniti*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.*

Sabbato, secunda de octava Trinitatis, tertia *Ecclesiae.*

Si in aliqua feria hujus hebdomadae Missa de Sancto fuerit celebranda, secunda oratio erit de octava, tertia non mutabitur; excepto quod tertia oratio erit in feria sexta de Cruce, et in Sabbato de Beata Virgine. — Quod si memoria tantum occurrerit facienda, secunda oratio erit de ea, tertia sicut dictum est. — Si vero memoria cum festo, secunda oratio erit de octava, tertia de memoria.

549. — **A “ Deus omnium „ usque ad Adventum exclusive** sunt hoc ordine orationes dicendae:

Dominica, secunda oratio erit de Trinitate; tertia *A cunctis.*

Feria secunda, si de Tempore, vel de festo agatur, secunda oratio erit *Praetende*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum.*

Feria tertia, secunda de Beato Dominico; tertia *Deus omnium.*

Feria quarta, secunda *Deus qui caritatis*; tertia *A cunctis.*

Feria quinta, secunda *Omnipotens sempiterne Deus, qui facis*; tertia *Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut intercessio.*

Feria sexta, secunda *Corda famulorum*; tertia *Deus a quo.*

Sabbato, secunda *Ineffabilem*; tertia *Ecclesiae.*

550. — Si a *Deus omnium* usque ad Adventum in Dominica memoria occurrerit facienda, secunda oratio erit de ea, tertia non mutabitur. — Si vero Missa de festo fuerit, secunda oratio erit de Dominica tertia ut (*) prius, vel de memoria, si cum festo occurrerit facienda. — Quod si festum et octava simul evenerint, secunda oratio erit de octava, tertia de Dominica.

Quando vero feria secunda vel tertia vel quarta Missa de Sancto fuerit, secunda oratio et tertia non mutabuntur. Quod si cum Missa de Sancto occurrerit memoria facienda, secunda oratio erit de memoria, tertia non mutabitur.

Si autem in quinta feria, vel sexta, vel sabbato, Missa de Sancto vel de Tempore fuerit, in feria quinta, erit secunda oratio de Spiritu Sancto, in feria sexta de Cruce, in Sabbato de Beata Virgine; tertia non mutabitur, nisi memoria fuerit facienda.

Sabbato vero infra octavam, si Missa fuerit de Beata Virgine, secunda erit de octava, tertia *Ecclesiae*, vel de memoria.

Item si in jejuniis Quatuor Temporum Septembris festum evenerit, in Missa de festo una tantum oratio dicatur, in Missa autem de jejunio, secunda et tertia oratio ut in feriis supra notatae sunt; excepta octava Nativitatis Beatae Virginis, quae si in quarta feria Quatuor Temporum evenerit, in Missa de octava una tantum oratio dicetur; in Missa vero de jejunio secunda erit de octava, tertia de Sancto Nicomede.

DE ORATIONIBUS DICENDIS IN MISSIS DEFUNCTORUM IN CONVENTU.

551. — Hoc ordine dicantur in Conventu orationes pro Defunctis:

Pro praesenti, sive pro uno Defuncto, si Episcopus fuerit, prima oratio dicatur *Deus qui inter apostolicos*; — si alius *Inclina*; — si vero foemina: *Quaesumus, Domine*; — secunda *Deus veniae*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.*

Pro Fratribus, Familiaribus et Benefactoribus, prima *Deus*

(*) Columna L.

veniae; secunda *Deus qui nos patrem*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.*

In omni Anniversario, prima *Deus indulgentiarum*; secunda *Deus veniae*; tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum.*

Si simul evenerint Obitus et Anniversarium, dimittatur *Deus veniae*, et prima oratio dicatur pro praesenti Defuncto, secunda pro Anniversario, tertia non mutatur.

Sciendum autem quod in Missis pro Defunctis, sive in Conventu, sive extra, non debent dici aliquae orationes nisi pro Defunctis. Similiter in Missis aliis non debent dici orationes pro Defunctis, nisi praesens Defunctus fuerit.

DE MODO DICENDI RESPONSORIA, ALLELUIA ET TRACTUS IN MISSA.

552. — Notandum quod Responsoria et *Alleluia* in Dominicis et festis simplicibus et semiduplicibus, et per octavas Natalis et Paschae et Pentecostes, et in Sabbatis quando de Beata Virgine celebratur, cantanda sunt a duobus. In duplicibus vero et totis duplicibus, responsoria a duobus, *Alleluia* vero a quatuor, ubi servari poterit, cantentur. Responsorium nunquam reincipitur neque repetitur, neque primum *Alleluia* in Tempore Paschali, etiam quando duo cantant. Quando responsorium incipitur a duobus, Chorus ipsum prosequatur. *Alleluia* vero a Choro reincipiatur, et neuma totum ante versum cantetur, et post repetitionem similiter; nisi Sequentia sit cantanda, tunc enim post repetitionem neuma de *Alleluia* non cantatur, sed postquam reinceptum fuerit usque ad duas primas virgulas simul junctas, statim est Sequentia inchoanda. Sequentia autem non cantetur nisi in totis duplicibus, et in Sabbatis quando de Beata Virgine celebratur. Infra octavas autem alias a supradictis, et in festis trium lectionum et in diebus profestis, postquam Cantor inceperit *Alleluia* usque ad duas primas virgulas simul junctas, statim Conventus, praetermisso neumate, versum prosequatur. Neuma vero de *Alleluia* solum cantetur, quando *Alleluia* post versum repetitur, quod semper post versum est repetendum, quando unum tantum *Alleluia* in Missa cantatur.

553. — Quando responsorium de Missa cantatur, sedeat Chorus, nisi aliqui ad librum stare voluerint. Ad inceptionem vero de *Alleluia* surgat, et si versus de *Alleluia* cantandus fuerit a duobus vel a quatuor, sedeat Chorus dum versus cantatur, et finito versu, quando resumendum fuerit *Alleluia*, surgat. Quando vero versus de *Alleluia* cantatur a toto Conventu, stet Chorus, etiam in Tempore Paschali, quando unum solum *Alleluia* cantatur. Quando autem duo *Alleluia* cantantur, tunc ad primum *Alleluia* servetur quod supra de responsorio dictum est, ad secundum vero fiat sicut dictum est de *Alleluia* alterius temporis.

554. — In omnibus Dominicis et festis simplicibus et supra, quando cantandus est Tractus, cantetur a quatuor, ita quod bini et bini dicant versus; similiter in Sabbatis quando de Beata Virgine celebratur. In profestis vero diebus cantetur a toto Choro. In festis trium lectionum nunquam dicatur Tractus. Dum autem Tractus cantatur, sive a quatuor, sive a toto Choro, semper sedeat Chorus, nisi aliqui ad librum stare voluerint. Quandocumque autem Tractus dicitur, Sequentia non cantetur.

555. — Quando vero Cantor vel Cantores aliquid incipiunt, vel etiam Fratres qui responsorium aut *Alleluia* dicunt in Missa, cantent usque ad duas primas virgulas simul junctas, et Chorus residuum prosequatur. Similiter quando duo vel quatuor cantat versum responsorii, vel versum *Alleluia*, vel ultimum versum Tractus, postquam cantaverint usque (*) ad duas ultimas virgulas simul junctas, Chorus prosequatur residuum, nihil addens, quia ubique post versus responsorium et Alleluia et Tractuum, tot sunt notae positae, quot dici debent.

DE CREDO.

556. — Notandum quod in Nativitate Domini ad omnes Missas, et quotidie per octavam, etiam in festis Sanctorum, — in Circumcisione et in Epiphania, — in die Paschae et quotidie per octavam, — in die Ascensionis, — in die Pentecostes et quotidie per hebdomadam ipsius, — in diebus Dominicis, ad omnes Missas, nisi fuerint pro Defunctis, — in utroque festo Sanctae Crucis, — in om-

(*) Columna LI.

nibus solemnitatibus Beatae Mariae, et Apostolorum et Evangelistarum, nisi in Cathedra Sancti Petri, — item in festo Sancti Barnabae, et Sanctae Mariae Magdalenae et Sancti Michaelis, — in festo Omnium Sanctorum, — in festo Dedicationis et in Anniversario ejusdem, dicendum est *Credo* in Missis de festis. — Aliis vero diebus vel temporibus non dicatur.

DE PRAEFATIONIBUS.

557. — In die Natalis Domini ad omnes Missas et quotidie per octavam, nisi in festo Sancti Joannis, item in Circumcisione, dicatur Praefatio *Quia per Incarnati* cum suo *Communicantes*, quod etiam dicatur in festo Sancti Joannis.

558. — In Epiphania, et quotidie per octavam in Missa de octava, [et in Missa de Dominica infra octavam] et in octava, dicatur Praefatio *Quia cum Unigenitus* cum suo *Communicantes.*

559. — Feria quarta in Capite Jejunii et deinceps usque ad Dominicam in Passione, nisi in Dominicis, dicatur Praefatio *Qui corporali* in Missis de Tempore.

560. — In Dominica de Passione et deinceps usque ad Parasceven, in Missis de Tempore, et in utroque festo Sanctae Crucis, dicatur Praefatio *Qui salutem.*

561. — In Sabbato sancto Paschae, et in die, et quotidie per octavam et in octava, dicatur Praefatio *Te quidem* cum suo *Communicantes* et *Hanc igitur*, in Missis de octava.

562. — In die Ascensionis, et quotidie per octavam in Missa de octava, [et in Missa de Dominica infra octavam] et in octava, dicatur Praefatio *Qui post resurrectionem* cum suo *Communicantes.* — Haec Praefatio etiam dicatur in Missis Sanctorum, nisi in Sabbato quando de Beata Virgine celebratur, et nisi in festivitatibus quae propriam habent Praefationem. *Communicantes* tamen non dicatur. In sexta vero feria post octavam nec Praefatio de Ascensione nec *Communicantes* dicuntur.

563. — In Vigilia Pentecostes, et in die et quotidie per hebdomadam, dicatur Praefatio *Qui ascendens* cum suo *Communicantes* et *Hanc igitur.*

564. — In festo Trinitatis et quotidie per hebdomadam in Missis de Trinitate, dicatur Praefatio *Qui cum Unigenito.*

565. — In omnibus festivitatibus Apostolorum, praeterquam in Cathedra Sancti Petri; item, quotidie per Octavam Apostolorum Petri et Pauli, in Missis de octava et in octava Sancti Joannis Evangelistae et in festo Sancti Barnabae, dicatur Praefatio *Te Domine.*

566. — A Nativitate Domini usque ad Purificationem in Missis de Beata Virgine, et in festo Purificationis, dicatur Praefatio *Quia per Incarnati.*

In Annuntiatione et Assumptione Beatae Virginis, et quotidie per octavam in Missis de octava; et in Nativitate ejusdem, et quotidie per octavam in Missis de octava, dicatur Praefatio *Et Te in Annuntiatione*, vel *Assumptione*, vel *Nativitate.*

A festo Purificationis usque ad Natale Domini, etiam in vigilia Assumptionis, in omnibus Missis Beatae Virginis, sive in Conventu, sive extra, dicatur Praefatio *Et Te in veneratione.*

567. — Sciendum autem quod de Trinitate sive de Spiritu Sancto, sive de Cruce non est propria dicenda Praefatio tam in Conventu quam extra, nisi in illis diebus de quibus superius est notatum.

DE MODO FACIENDI OFFICIUM INFRA OCTAVAS TRINITATIS ET SANCTORUM.

568. — Per octavas Sanctorum et Trinitatis, quando Missa fit de octavis, et in octava die, Officium, Oratio, Epistola, Responsorium, *Alleluia*, Evangelium, Offertorium, Secreta, Communio, Postcommunio, sicut in die. Excipitur octava dies Sancti Laurentii, in qua est proprium Officium; et octava dies Sancti Andreae, quae habet propriam Orationem, Secretam, et Postcommunionem; et octava dies Innocentum, in qua dicitur *Alleluia*, licet non fuerit dictum in suo festo; et infra octavam Nativitatis Beatae Virginis dicitur aliud Evangelium quam in die. Excipitur etiam octava Apostolorum Petri et Pauli.

Infra octavas autem non fiat memoria de octavis in Missa in festis duplicibus et totis duplicibus, nisi in duobus diebus post Na-

talem, et in die Circumcisionis. Ceteris vero diebus, si non fit Missa de octavis, fiat de ipsis memoria, nisi in Missis Defunctorum, si quae ocurrerint celebrandae.

DE ASPERSIONE AQUAE BENEDICTAE.

569. — Ad Aspersionem Aquae Benedictae a.na *Asperges me.* ℣. *Miserere. Gloria.* Deinde repetatur a.na *Asperges.* Supradicta antiphona praedicto modo dicatur in Aspersione Aquae Benedictae omnibus Dominicis extra Tempus Paschale, nisi quod Dominica in Passione et Dominica in Ramis non dicitur *Gloria Patri,* sed secundus versus psalmi, scilicet *Et secundum*, adjungatur, et post versum antiphona repetatur.

570. — Tempore paschali a.na *Vidi aquam.* In die Paschae ℣. *Haec est dies. Gloria. Et omnes,* In residuo Tempore usque ad Pentecosten exclusive ℣. *Confitemini. Gloria. Et omnes.* — In die Pentecostes ℣. *Emitte. Gloria. Et omnes.*

571. — Omni tempore post repetitionem vel resumptionem antiphonae subjungatur ℣. *Ostende nobis* et Tempore Paschali dicatur cum *Alleluia.* Deinde *Dominus vobiscum. Oremus.* Oratio. *Exaudi nos.*

572. — **Dominica (*) prima in Adventu Domini.** Offic. *Ad te levavi.* ℣. *Vias. Gloria.* Oratio *Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam.* Epist. *Scientes.* ℟. *Universi.* ℣. *Vias. Alleluia.* ℣. *Ostende.* Evang. *Cum appropinquasset.* Offert. *Ad te, Domine.* Secr. *Haec sacra.* Commun. *Dominus dabit.* Postcommun. *Suscipiamus.*

573. — **Dominica secunda.** Offic. *Populus.* ℣. *Qui regis.* Oratio *Excita, Domine, corda.* Epist. *Quaecumque scripta.* ℟. *Ex Sion.* ℣. *Congregate. Alleluia.* ℣. *Laetatus.* Evang. *Erunt signa.* Offert. *Deus tu.* Secr. *Placare.* Comm. *Jerusalem.* Postcomm. *Refecti.*

574. — **Dominica tertia.** Offic. *Gaudete.* ℣. *Et pax Dei.* Oratio *Aurem.* Epist. *Sic nos existimet.* ℟. *Qui sedes.* ℣. *Qui regis. Alleluia.* ℣. *Excita.* Evang. *Cum audisset.* Offert. *Benedixisti.* Secr. *Devotionis.* Comm. *Dicite.* Postcomm. *Imploramus.*

575. — Feria quarta. Offic. *Rorate.* ℣. *Et justitia.* — Non di-

---

(*) Columna LII.

catur *Dominus vobiscum*, sed *Oremus*. Oratio *Praesta quaesumus*. Ad hanc orationem non inclinent nec prosternent se Fratres, sed stent versis vultibus ad Altare. Lectio *Dixit Isaias Propheta: Erit in novissimis*. ℟. *Tollite*. ℣. *Quis ascendet. Dominus vobiscum*. Oratio *Festina*. Ad hanc orationem prosternent se Fratres, vel inclinent, si festum fuerit. Epist. *Locutus et Dominus ad Achaz*. ℟. *Prope est*. ℣. *Laudem*. Evang. *Missus est*. Offert. *Ave Maria*. Secret. *Accepta*. Comm. *Ecce Virgo*. Postcomm. *Salutaris*.

576. — Feria sexta. Offic. *Prope es*. ℣. *Beati immaculati*. Oratio *Excita*. Prostrationes non fiant, si festum fuerit. Epist. *Egredietur*. ℟. *Ostende*. ℣. *Benedixisti*. Evang. *Exsurgens Maria*. Offert. *Deus tu convertens*. Secr. *Muneribus*. Comm. *Ecce Dominus*. Postcomm. *Qui nos*.

577. — Sabbato. Offic. *Veni*. ℣. *Qui regis*. — Quinque orationes sequentes dicantur sine *Dominus vobiscum*, sed ante unamquamque dicatur *Oremus*, et ad eas stent Fratres versis vultibus ad Altare. Nec dicatur *Flectamus genua*. Qui autem legunt lectiones ad Missam, in superpelliceis legere debent. Orationes vero et Lectiones et Responsoria dicantur eo ordine quo inferius sunt notata; et omnes lectiones cum titulis legantur. — Oratio *Deus, qui conspicis*. Lectio prima *Clamabunt*. ℟. *A summo*. ℣. *Coeli*. — Oratio *Concede*. Lectio secunda *Laetabitur*. ℟. *In sole*. ℣. *A summo*. — Oratio *Indignos*. Lectio tertia *Super montem*. ℟. *Domine Deus virtutum*. ℣. *Excita*. — Oratio *Praesta, quaesumus*. Lectio quarta *Haec dicit Dominus christo*. ℟. *Excita, Domine*. ℣. *Qui regis*. — Oratio *Preces populi*. Lectio quinta *Angelus*. Hymnus *Benedictus* a duobus cantetur sine superpelliceis. Cumque dixerint *Patrum nostrorum*, Chorus respondeat *Et laudabilis*. Similiter per singulos versus. Interim dum cantatur hymnus, stet Chorus contra Chorum. Post *Gloria Patri*, reincepto primo versu hymni a Fratribus qui cantaverunt, Chorus prosequatur *Domine Deus*; et praedicto modo fiat quotiescumque hymnus praedictus cantatur. — Postea dicat Sacerdos *Dominus vobiscum. Oremus*. Oratio *Deus qui tribus*. Ad hanc Orationem prosternent se Fratres, vel inclinent, si festum fuerit. — Epist. *Rogamus*. Tractus *Qui regis* a toto Choro cantetur. Evang. *Anno quintodecimo*. Offert. *Exsulta*. Secr. *Sacrificiis*. Comm. *Exsultavit*. Postcomm. *Quaesumus, Domine*.

578. — **Dominica quarta.** Offic. *Memento.* ℣. *Confitemini.* Oratio *Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam et veni et magna.* Epist. *Gaudete.* ℟. *Prope.* ℣. *Laudem. Alleluia.* ℣. *Veni, Domine.* Evang. *Miserunt.* Offert. *Confortamini.* Secr. *Sacrificiis.* Comm. *Ecce Virgo.* Postcomm. *Sumptis.*

579. — **In vigilia Natalis Domini.** Offic. *Hodie.* ℣. *Domini est.* Oratio *Deus, qui nos.* Lectio *Propter Sion.* Deinde sine intervallo legatur Epist. *Paulus servus.* ℟. *Hodie.* ℣. *Qui regis.* Si Dominica fuerit *Alleluia.* ℣. *Crastina.* Evang. *Cum esset desponsata.* Offert. *Tollite.* Secr. *Da nobis.* Comm. *Revelabitur.* Postcomm. *Da nobis.*

580. — **In nocte Natalis Domini.** Missa celebretur sicut in festo duplici. Offic. *Dominus dixit.* ℣. *Quare.* Oratio *Deus qui hanc.* Lectio *Populus.* Deinde sine intervallo legatur Epist. *Apparuit gratia.* ℟. *Tecum.* ℣. *Dixit Dominus. Alleluia.* ℣. *Dominus dixit.* Evang. *Exiit edictum.* Offert. *Laetentur coeli.* Secr. *Accepta.* Comm. *In splendoribus.* Postcomm. *Da nobis. Ite Missa est.*

In Aurora ante Primam Missa celebretur sicut in semiduplici. Offic. *Lux fulgebit.* ℣. *Dominus regnavit.* Oratio *Da quaesumus Omnipotens Deus, ut qui nova.* Memoria da Sancta Anastasia: Oratio *Da quaesumus.* Lectio *Spiritus Domini.* Deinde sine intervallo legatur Epist. *Apparuit benignitas.* ℟. *Benedictus.* ℣. *A Domino. Alleluia.* ℣. *Dominus regnavit.* Evang. *Pastores.* Offert. *Deus enim.* Secr. *Munera.* De Sancta Anastasia Secr. *Accipe.* Comm. *Exsulta.* Postcomm. *Hujus nos.* De Sancta Anastasia Postcomm. *Satiasti.*

Ad Maiorem Missam: Offic. *Puer natus.* ℣. *Cantate ij.* Oratio *Concede.* Lectio *Propter hoc sciet.* Deinde sine intervallo legatur Epist. *Multifarie.* ℟. *Viderunt.* ℣. *Notum. Alleluia.* ℣. *Dies sanctificatus.* Sequentia *Laetabundus.* Evang. *In principio.* Offert. *Tui sunt.* Secr. *Oblata.* Comm. *Viderunt.* Postcomm. *Praesta quaesumus.*

581. — Dominica infra Octavam Nativitatis Domini. Offic. *Dum medium.* ℣. *Dominus regnavit.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Deinde fiat memoria de Natali, postea de Sanctis. Epist. *Quanto tempore.* ℟. *Speciosus.* ℣. *Eructavit. Alleluia.* ℣. *Dominus regnavit*

decorem. Evang. *Erant Joseph.* Offert. *Deus enim.* Secr. *Concede.* Comm. *Tolle.* Postcomm. *Per hujus.*

Officium hujus Dominicae semper fiat in crastino Sancti Thomae, nisi quando festum Sancti Sylvestri in Dominica evenerit. Tunc enim in die Sancti Sylvestri Missa matutinalis praedicto modo facienda est de Dominica et in crastinum Sancti Thomae fiat Missa sicut in festo simplici, hoc modo: Officium, Oratio, Responsorium, *Alleluia*, Offertorium, Secreta, Communio et Postcommunio sicut in majori Missa Natalis, cum Epist. *Apparuit benignitas* et Evang. *Pastores.*

582. — **In Circumcisione Domini.** Officium, Responsorium, Offertorium, Communio sicut in majori Missa Natalis. Oratio *Deus qui nobis.* Memoria de Sanctis. Epist. *Apparuit benignitas. Alleluia.* ℣. *Multifarie.* Evang. *Postquam consummati.* Secr. *Praesta quaesumus.* Postcomm. *Praesta quaesumus.*

583. — **In vigilia Epiphaniae.** Officium, Epistola, Responsorium, *Alleluia.* Offertorium sicut in secunda Missa Natalis Domini. Oratio *Corda.* Evang. *Defuncto.* Secr. *Tribue.* Comm. *Tolle.* Postcomm. *Illumina.* [*Kyrie*, *Gloria in Excelsis*, *Sanctus, Agnus*, *Ite Missa est*, cantentur sicut infra octavam Sanctorum, nisi Dominica fuerit].

584. — **In Epiphania Domini.** Offic. *Ecce advenit.* ℣. *Deus judicium.* Oratio *Deus qui hodierna.* Epist. *Surge illuminare.* ℟. *Omnes de Saba.* ℣. *Surge. Alleluia.* ℣. *Vidimus.* Sequentia *Laetabundus.* Evang. *Cum natus.* Offert. *Reges.* Secr. *Ecclesiae.* Comm. *Vidimus.* Postcomm. *Praesta quaesumus.*

585. — Infra (*) Octavam Epiphaniae, cum Missa fit de Octava, quotidie, nisi in Dominica, Officium, Oratio, Epistola, Responsorium, *Alleluia*, Evangelium, Offertorium, Secreta, Communio, Postcommunio sicut in die.

586. — Dominica infra Octavam Epiphaniae. Offic. *In excelso.* ℣. *Jubilate ij.* Oratio *Vota.* Memoria fiat de Epiphania. Epist. *Obsecro.* ℟. *Benedictus.* ℣. *Suscipiant. Alleluia.* ℣. *Jubilate.* Evang. *Cum factus esset.* Offert. *Jubilate.* Secr. *Oblatum.* Comm. *Fili.* Postcomm. *Supplices.*

(*) Columna LIII.

Si Epiphania in Dominica evenerit totum praedictum officium dominicale transferatur in quartam feriam infra octavam.

587. — In Octava Epiphaniae. Officium, Responsorium, *Alleluia*, Offertorium, Communio sicut in die. Oratio *Deus cujus Unigenitus.* Memoria de Sanctis Remigio et Hilario Epist. *Domine Deus.* Evang. *Venit Jesus.* Secr. *Hostias.* Postcomm. *Coelesti.*

588. — **Dominica prima post Octavam Epiphaniae.** Offic. *Omnis terra.* ℣. *Jubilate j.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Habentes donationes.* ℟. *Misit Dominus.* ℣. *Confiteantur. Alleluia.* ℣. *Laudate.* Evang. *Nuptiae.* Offert. *Jubilate Deo universa.* Secr. *Oblata.* Comm. *Dicit Dominus.* Postcomm. *Augeatur.*

Si Octava Epiphaniae in Dominica evenerit, in Missa de Octava fiat memoria de Dominica per orationem *Omnipotens sempiterne* et totum praecedens Officium Dominicale in quartam feriam transferatur.

589. — **Dominica secunda.** Offic. *Adorate.* ℣. *Dominus regnavit, exultet.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem.* Epist. *Nolite.* ℟. *Timebunt.* ℣. *Quoniam edificavit. Alleluia.* ℣. *Dominus regnavit, exultet.* Evang. *Cum descendisset.* Offert. *Dextera.* Secr. *Haec hostia.* Comm. *Mirabantur.* Postcomm. *Quos tantis.*

590. — Sciendum est quod inter Octavam Epiphaniae et Septuagesimam sunt tantum duo officia dominicalia, scilicet *Omnis terra* et *Adorate.* Quod si tres vel plures Dominicae evenerint, officium *Adorate* quoties necesse fuerit repetatur. Si vero ita breve tempus fuerit inter Octavam Epiphaniae et Septuagesimam, quod duo praecedentia et duo sequentia Evangelia non habeant ferias vacantes, de Missa fiat sicut de homiliis supra, in Rubrica de historia *Domine ne in ira*, notatum est.

591. — **Dominica tertia.** Oratio *Deus qui nos.* Epist. *Memini.* Evang. *Ascendente Jesu.* Secr. *Concede.* Postcomm. *Munera.*

592. — **Dominica quarta.** Oratio *Familiam.* Epist. *Induite.* Evang. *Simile factum est regnum coelorum homini qui seminavit.* Secr. *Hostias.* Postcomm. *Quaesumus omnipotens Deus.*

593. — **Dominica quinta.** Omnia fiant sicut in praecedenti Dominica quarta.

594. — **Dominica in Septuagesima.** Offic. *Circumdederunt.* ℣. *Diligam.* Oratio *Preces populi.* Epist. *Nescitis.* ℟. *Adiutor.* ℣. *Quoniam.* Tractus *De profundis.* — Tractus dominicalis per hebdomadam non dicatur, nisi quando propter festum Purificationis Dominica transfertur; et tunc tantum prima vice dicatur. Idem fiat de Tractu Sexagesimae et Quinquagesimae. — Evang. *Simile est regnum coelorum homini patrifamilias.* Offert. *Bonum est.* Secr. *Muneribus.* Comm. *Illumina.* Postcomm. *Fideles.*

595. — **Dominica in Sexagesima.** Offic. *Exurge.* ℣ *Deus auribus.* Oratio *Deus qui conspicis.* Epist. *Libenter.* — Haec Epistola in Dominica tota legatur; per hebdomadam dividatur: et una die dicatur usque ad illum locum *Damasci praepositus,* alia autem die legatur usque ad finem et sic inchoetur: *Fratres, Damasci.* Et hoc fiat nisi quando propter festum Purificationis Dominica transfertur, tunc enim prima vice tota legenda est. — ℟. *Sciant.* ℣. *Deus meus.* Tractus *Commovisti.* Evang. *Cum turba.* Offert. *Perfice.* Secr. *Oblatum.* Comm. *Introibo.* Postcomm. *Supplices.*

596. — **Dominica in Quinquagesima.** Offic. *Esto mihi.* ℣. *In Te Domine ij.* Oratio *Preces nostras.* Epist. *Si linguis.* ℟. *Tu es Deus.* ℣. *Liberasti.* Tractus *Jubilate.* Evang. *Assumpsit.* Offert. *Benedictus es.* Secr. *Haec hostia.* Comm. *Manducaverunt.* Postcomm. *Quaesumus Omnipotens Deus.*

597. — **Feria quarta in Capite Jejunii,** quando Missa fuerit celebranda, Prior induat superpelliceum cum stola, et Hebdomadarius cum Ministris praeparet se ad Missam celebrandam, sicut in ferialibus diebus. Et praecedentibus Acolytho sine cereo, et Subdiacono, et Diacono deferente missale, subsequatur Hebdomadarius sine casula, deinde Prior. Cumque ad gradus Presbyterii pervenerint, Hora Missam praecedente finita, prosternat se Prior ibidem super aliquem pannum a Sacrista praeparatum, et juxta eum Hebdomadarius et Diaconus a dextris, et Subdiaconus et Acolythus a sinistris. Tunc incipiente Priore a.na *Ne reminiscaris* sine cantu, prosternant se Fratres, qui in Choro sunt, super formas, et Cantor, ex cujus Choro fuerit hebdomada, incipiat ps. *Domine ne in furore,* et uterque Chorus ipsum et reliquos psalmos poenitentiales prosequatur, alternatim dicendo versus, et terminando quemlibet psalmum per *Gloria*

Patri. Post psalmos subjungatur a.na praedicta, et dicatur communiter ab omnibus. Deinde *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie. Pater noster.* Quo finito, surgat Prior, et stans super gradum Presbyterii, versa facie ad meridiem, et dexteram manum habens erectam ad Conventum, Diacono tenente coram eo missale, dicat *Et ne nos.* ℣. *Salvos fac.* ℣. *Mitte eis.* ℣. *Esto eis.* ℣. *Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Exaudi Domine preces.* Finita hac oratione faciat absolutionem absque *Dominus vobiscum* et absque *Oremus*, hoc modo: *Dominus Jesus Christus qui Beato Petro.*

598. — Facta absolutione, surgant omnes, et qui in Choro sunt, stent versis vultibus ad Altare, usque ad finem benedictionis Cinerum; et hoc idem observetur in benedictione Ramorum et Candelarum. Subdiaconus vero, accipiens Cineres a Sacrista praeparatos, teneat illos ad dexteram Prioris, et Diaconus missale ante eum, Acolythus vero aquam benedictam et aspersorium. Et tunc Prior stans ante gradus Presbyterii, verso vultu ad Altare benedicat Cineres eo modo quo dicuntur orationes ad Horas. *Dominus vobiscum. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus*, etc. Finita benedictione, aspergat eos aqua benedicta, et incipiatur a.na *Exaudi nos*, deinde ps. *Salvum me fac Deus*, cum versibus quotquot fuerint necessarii; et repetatur antiphona post quemlibet versum. Post ultimum versum qui dicendus est, dicatur *Gloria Patri* et post *Gloria Patri* repetatur antiphona praedicta. Deinde cantetur a.na *Juxta vestibulum* et a.na *Immutemur.*

599. — Postquam vero Prior Cineres asperserit aqua benedicta, accedens ad gradus Presbyterii, flexis genibus recipiat Cineres ab Hebdomadario stante super gradus; qui etiam aspergat eum aqua benedicta. Deinde surgat Prior, et stet super gradus praedictos versus ad Chorum, et a dextris ejus Subdiaconus cum Cineribus, et Diaconus cum libro, a sinistris vero Hebdomadarius, et juxta eum Acolythus cum acqua benedicta. Et venientibus Fratribus eo ordine quo itur ad Communionem, et genua flectentibus, singulis Cineres imponat, incipiens ab Hebdomadario et Ministris. Hebdomadarius vero, postquam Cineres receperit, tenens aspersorium, singulos (*) Cineribus impositis aspergat aqua benedicta. Cineres autem imponendi sunt in mo-

---

(*) Columna LIV.

dum Crucis super caput, et dum imponuntur dicatur: *Memento quia cinis es, et in cinerem reverteris.* Finita cinerum impositione, Prior verso vultu ad Altare, Hebdomadario et Subdiacono et Acolytho similiter versis, Diacono coram eo tenente Missale, dicat mediocri voce: ℣. *Ostende nobis. Dominus vobiscum. Oremus.* Oratio *Concede nobis.*

600. — Hac oratione finita, Prior et Hebdomadarius cum Ministris redeant ad Sacristiam eo ordine quo venerunt, et Hebdomadarius accipiens casulam, inchoata Missa, procedat cum Ministris more solito ad Altare. Prior vero deposita stola et superpelliceo, resumat vestes suas.

601. — Si Prior et Supprior defuerint, Sacerdos Hebdomadarius Officium Cinerum expleat, et unus de antiquioribus cui Cantor innuerit, postquam Cineres ab Hebdomadario benedicti fuerint, sine superpelliceo et stola, ei Cineres imponat.

602. — Ad Missam, Offic. *Misereris.* ℣. *Miserere. Dominus vobiscum. Oremus.* Quo dicto a Sacerdote, Diaconus flectendo genua dicat: *Flectamus genua*; et tunc Sacerdos et Ministri et Conventus flectant genua. Deinde dicat Diaconus *Levate*; et tunc surgant omnes, et Sacerdos orationem prosequatur. Et hoc per totam Quadragesimam observetur, quando de Tempore agitur, nisi in Dominicis diebus, et in Coena Domini, et in vigilia Paschae. — Oratio *Praesta Domine fidelibus.* Epist. *Convertemini.* ℟. *Miserere.* ℣. *Misit.* Tractus *Domine non secundum.* — Iste Tractus hac die et deinceps per totam Quadragesimam usque ad quartam feriam ante Pascha exclusive, feria secunda et quarta et sexta ad Missam de jejunio cantetur a toto Choro, nisi in quarta feria Quatuor Temporum.— Evang. *Cum jejunatis.* Offert. *Exaltabo.* Secr. *Fac nos.* Comm. *Qui meditabitur Postcomm. Percepta.* Dicto secundo *Per Dominum* et responso *Amen*, dicat Sacerdos *Oremus*, et Diaconus *Humiliate capita*, et Chorus inclinet usque ad finem orationis; Sacerdos vero prosequatur orationem; et hoc semper observetur quando Oratio super populum est dicenda. Super populum oratio *Inclinantes.* — *Humiliate capita* dicatur semper quando dicitur *Flectamus genua*, nisi in Sabbato Quatuor Temporum, et in Parasceve.

603. — Feria quinta. Offic. *Dum clamarem.* ℣. *Exaudi Deus orationem meam et ne despexeris.* Oratio *Deus qui culpa.* Epist. *Aegrotavit.* ℟. *Jacta.* ℣. *Dum clamarem.* Evang. *Cum introisset Jesus*

Capharnaum. Offert. *Ad te Domine.* Secr. *Sacrificiis.* Comm. *Acceptabis.* Postcomm. *Coelestis.* Super populum *Parce Domine.*

604. — Feria sexta. Offic. *Audivit.* ℣. *Exaltabo.* Oratio *Inchoata.* Epist. *Clama ne cesses.* ℟. *Unam petii.* ℣. *Ut videam.* Evang. *Audistis quia dictum est.* Offert. *Domine vivificabis.* Secr. *Sacrificium.* Comm. *Servite.* Postcomm. *Spiritum.* Super populum *Tuere.*

605. — Sabbato. Officium, Responsorium, Offertorium, Communio sicut in praecedenti die, Oratio *Adesto.* Epist. *Si abstuleris.* Evang. *Cum sero.* Secr. *Praepara.* Postcomm. *Coelestis.* Super populum *Fac nos.*

606. — **Dominica prima in Quadragesima.** Offic. *Invocabit.* ℣. *Qui habitat.* Oratio *Deus qui Ecclesiam.* Epist. *Hortamur.* ℟. *Angelis.* ℣. *In manibus.* Tractus *Qui habitat.* Evang. *Ductus est Jesus.* Offert. *Scapulis.* Secr. *Sacrificium.* Comm. *Scapulis.* Postcomm. *Tui nos.*

607. — Hac die post Completorium, ante Presbyterium cortina tendatur, et Cruces in Ecclesia et Imagines cooperiantur. In diebus vero Dominicis et festis Sanctorum, die praecedenti ad Vesperas, cortina a conspectu Presbyterii abstrahatur, et in die festi post Completorium retrahatur. Similiter profestis diebus ad inchoationem Missae abstrahatur, et, ea finita, retrahatur; quod faciat Sacrista. Feria quarta in hebdomada sancta post Completorium, ex toto removeatur.

608. — Feria secunda. Offic. *Sicut oculi.* ℣. *Ad te levavi.* Oratio *Converte.* Epist. *Ecce ego ipse.* ℟. *Protector.* ℣. *Domine Deus.* Evang. *Cum venerit filius.* Offert. *Levabo.* Secr. *Munera.* Comm. *Voce mea.* Postcomm. *Salutaris.* Super populum *Absolve.*

609. — Feria tertia. Offic. *Domine refugium.* ℣. *Priusquam.* Oratio *Respice.* Epist. *Locutus est Isaias.* ℟. *Dirigatur.* ℣. *Elevatio.* Evang. *Cum intrasset.* Offert. *In te speravi.* Secr. *Oblatis.* Comm. *Cum invocarem.* Postcomm. *Quaesumus Omnipotens.* Super populum *Ascendant.*

610. — Feria quarta. Offic. *Reminiscere.* ℣. *Ad te Domine levavi.* Non dicatur *Dominus vobiscum*, sed *Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Preces nostras.* Postquam Diaconus dixerit *Levate*, stent Fratres versis vultibus ad Altare. Lectio *Dixit Dominus ad Moysen:*

Ascende. ℟. *Tribulationes.* ℣. *Vide humilitatem. Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Devotionem.* Epist. *Venit Elias.* Tractus *De necessitatibus.* Non dicatur hodie Tractus *Domine non secundum.* Evang. *Accesserunt.* Offert. *Meditabor.* Secr. *Hostias.* Comm. *Intellige.* Postcomm. *Tui Domine.* Super populum *Mentes.*

611. — Feria quinta. Offic. *Confessio.* ℣. *Cantate.* Oratio *Devotionem.* Epist. *Factus est sermo.* ℟. *Custodi.* ℣. *De vultu.* Evang. *Dicebat Jesus ad eos.* Offert. *Immittit.* Secr. *Sacrificia.* Comm. *Panis.* Postcomm. *Tuorum.* Super populum *Da quaesumus.*

612. — Feria sexta. Offic. *De necessitatibus.* ℣. *Ad te Domine levavi.* Oratio *Esto.* Epist. *Anima quae peccaverit.* ℟. *Salvum fac.* ℣. *Auribus.* Evang. *Erat dies festus.* Offert. *Benedic.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Erubescant.* Postcomm. *Per hujus.* Super populum *Exaudi.*

613. — Sabbato. Offic. *Intret.* ℣. *Domine Deus salutis.* Quinque sequentes orationes dicantur sine *Dominus vobiscum*, sed ante unamquamque dicatur *Oremus*, *Flectamus genua* et dicto *Levate*, postquam Fratres se erexerint, stent versis vultibus ad Altare. Orationes et Lectiones et Responsoria dicantur eo ordine quo inferius sunt notata. Oratio *Populum.* Lectio *Locutus est Moyses.* ℟. *Propitius.* ℣. *Adjuva.* — Oratio *Deus qui nos.* Lectio *Dixit Moyses.* ℟. *Protector.* — Oratio *Protector noster.* Lectio *Orationem faciebant.* ℟. *Convertere.* ℣. *Domine refugium.* — Oratio *Adesto.* Lectio *Miserere.* ℟. *Dirigatur.* ℣. *Elevatio.* — Oratio *Preces populi.* Lectio *Angelus Domini.* Post hanc lectionem duo Fratres cantent hymnum *Benedictus* sicut in Sabbato Quatuor Temporum Adventus notatum est. — Finito hymno, Sacerdos conversus ad Conventum dicat *Dominus vobiscum*, deinde reversus ad librum dicat *Oremus.* Non dicatur *Flectamus genua*, sed ad Orationem prosternant se Fratres. Oratio *Deus qui tribus.* Epist. *Rogamus vos.* Tractum *Laudate* Chorus cantet. Evang. *Assumpsit Jesus.* Offert. *Domine Deus.* Secr. *Praesentibus.* Comm. *Domine Deus.* Postcomm. *Sanctificationibus.* Oratio super populum non dicatur.

614. — **Dominica secunda in Quadragesima.** Officium, Tractus *De necessitatibus*, Offertorium, Communio ut supra feria quarta. Oratio *Deus qui conspicis.* Epist. *Rogamus.* Tractus *De necessita-*

tibus (*) a toto Choro cantetur. Tractus secundus *Confitemini*. Evang. *Egressus Jesus*. Secr. *Sacrificiis*. Postcomm. *Supplices*.

615. — Feria secunda. Offic. *Redime*. ℣. *Judica me Domine*. Oratio *Praesta quaesumus*. Epist. *Oravit Daniel*. ℟. *Adiutor*. ℣. *Confundantur*. Evang. *Dixit Jesus turbis Judeorum: Ego vado*. Offert. *Benedicam*. Secr. *Haec hostia*. Comm. *Domine Dominus*. Postcomm. *Haec nos*. Super populum *Adesto*.

616. — Feria tertia. Offic. *Tibi dixit*. ℣. *Dominus illuminatio*. Oratio *Perfice*. Epist. *Factus est sermo Domini*. ℟. *Facta*. ℣. *Dum clamarem*. Evang. *Locutus est Jesus ad turbas: Super cathedram*. Offert. *Miserere*. Secr. *Sanctificationem*. Comm. *Narrabo*. Postcomm. *Ut sacris*. Super populum *Propitiare*.

617. — Feria quarta. Offic. *Ne derelinquas*. ℣. *Domine*. Oratio *Populum*. Epist. *Oravit Mardochaeus*. ℟. *Salvum fac*. ℣. *Ad te Domine*. Evang. *Ascendens Jesus Jerosolymam*. Offert. *Ad te Domine*. Secr. *Hostias*. Comm. *Justus*. Postcomm. *Sumptis*. Super populum *Deus innocentiae*.

618. — Feria quinta. Offic. *Deus in adiutorium*. ℣. *Avertantur*. Oratio *Praesta nobis*. Epist. *Maledictus homo*. ℟. *Propitius*. Evang. *Homo quidam erat dives*. Offert. *Precatus*. Secr. *Praesenti*. Comm. *Qui manducat*. Postcomm. *Gratia tua*. Super populum *Adesto*.

619. — Feria sexta. Offic. *Ego autem*. ℣. *Exaudi Domine justitiam*. Oratio *Da quaesumus*. Epist. *Dixit Joseph*. ℟. *Ad Dominum dum tribularer*. ℣. *Domine libera*. Evang. *Homo erat paterfamilias*. Offert. *Domine in auxilium*. Secr. *Haec in nobis*. Comm. *Tu Domine*. Postcomm. *Fac nos*. Super populum *Da quaesumus*.

620. — Sabbato. Offic. *Lex Domini*. ℣. *Coeli*. Oratio *Da quaesumus Domine nostris*. Epist. *Dixit Rebecca*. ℟. *Bonum est*. ℣. *Ad annuntiandum*. Evang. *Homo quidam habuit duos filios*. Offert. *Illumina*. Secr. *His sacrificiis*. Comm. *Oportet*. Postcomm. *Sacramenti*. Super populum *Familiam*.

621. — **Dominica tertia**. Offic. *Oculi mei*. ℣. *Ad te Domine levavi*. Oratio *Quaesumus Omnipotens Deus* Epist. *Estote imitatores*. ℟. *Exsurge*. ℣. *In convertendo*. Tractus *Ad te levavi*. Evang.

(*) Columna LV.

Erat Jesus ejiciens. Offert. *Justitiae.* Secr. *Haec hostia.* Comm. *Passer.* Postcomm. *A cunctis.*

622. — Feria secunda. Offic. *In Deo.* ℣. *Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit.* Oratio *Cordibus.* Epist. *Naaman.* ℟. *Deus vitam.* ℣. *Miserere.* Evang. *Quanta audivimus.* Offert. *Exaudi.* Secr. *Munus*, Comm. *Quis dabit.* Postcomm. *Praesta quaesumus.* Super populum *Subveniat*

623. — Feria tertia. Offic. *Ego clamavi.* ℣. *Exaudi Domine.* Oratio *Exaudi.* Epist. *Mulier quaedam.* ℟. *Ab occultis.* ℣. *Si mei.* Evang. *Respiciens Jesus.* Offert. *Dextera.* Secr. *Per haec veniat.* Comm. *Domine quis.* Postcomm. *Sacris.* Super populum *Tua nos.*

624. — Feria quarta. Offic. *Ego autem.* ℣. *In te Domine.* Oratio *Praesta nobis.* Epist. *Honora patrem.* ℟. *Miserere.* ℣. *Conturbata.* Evang. *Accesserunt ad Jesum.* Offert. *Domine fac.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Notas.* Postcomm. *Sanctificet.* Super populum *Concede.*

625. — Feria quinta. Offic. *Salus.* ℣. *Attendite.* Oratio *Concede.* Epist. *Factum est verbum Domini.* ℟. *Oculi.* ℣. *Aperis.* Evang. *Surgens Jesus.* Offert. *Si ambulavero.* Secr. *Efficiatur.* Comm. *Tu mandasti.* Postcomm. *Sacramenti.* Super populum *Subjectum.*

626. — Feria sexta. Offic. *Fac mecum.* ℣. *Inclina* Oratio *Jejunia.* Epist. *Convenerunt.* ℟. *In Deo.* ℣. *Ad te Domine.* Evang. *Venit Jesus.* Offert. *Intende.* Secr. *Respice.* Comm. *Qui biberit.* Postcomm. *Hujus nos.* Super populum *Praesta quaesumus.*

627. — Sabbato. Offic. *Verba mea.* ℣. *Rex meus.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Erat vir.* ℟. *Si ambulem.* ℣. *Virga.* Evang. *Perrexit Jesus.* Offert. *Gressus.* Secr. *Concede.* Comm. *Nemo.* Postcomm. *Quaesumus Omnipotens.* Super populum *Praetende.*

628. — **Dominica quarta.** Offic. *Laetare.* ℣. *Laetatus.* Oratio *Concede.* Epist. *Scriptum est.* ℟. *Laetatus.* ℣. *Fiat pax.* Tractus *Qui confidunt.* Evang. *Abiit Jesus.* Offert. *Laudate.* Secr. *Sacrificiis.* Comm. *Jerusalem.* Postcomm. *Da nobis.*

629. — Feria secunda. Offic. *Deus in nomine.* ℣. *Quoniam alieni.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Venerunt duae mulieres.* ℟. *Esto mihi.* ℣. *Deus in te.* Evang. *Prope erat Pascha.* Offert. *Jubilate Deo omnis.* Secr. *Oblatum.* Comm. *Ab occultis.* Postcomm. *Sumptis.* Super populum *Deprecationem.*

630. — Feria tertia. Offic. *Exaudi.* ℣. *Contristatus.* Oratio *Sacrae.* Epist. *Locutus est.* ℟. *Exsurge.* ℣. *Deus auribus.* Evang. *Jam die festo.* Offert. *Exspectans.* Secr. *Haec hostia.* Comm. *Laetabimur.* Postcomm. *Hujus nos.* Super populum *Miserere.*

631. — Feria quarta. Offic. *Dum sanctificatus.* ℣. *Benedicam.* Non dicatur *Dominus vobiscum,* sed *Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Deus qui et justis.* Postquam Diaconus dixerit *Levate* stent Fratres versis vultibus ad Altare. Tractus *Sanctificabo.* ℟. *Venite.* ℣. *Accedite. Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Lavamini.* ℟. *Beata gens.* ℣. *Verbo Domini.* Evang. *Praeteriens Jesus.* Offert. *Benedicite.* Secr. *Supplices.* Comm. *Lutum.* Postcomm. *Sacramenta.* Super populum *Pateant.*

632. — Feria quinta. Offic. *Laetetur.* ℣. *Confitemini.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Venit mulier.* ℟. *Respice.* ℣. *Exsurge.* Evang. *Ibat Jesus.* Offert. *Domine ad adjuvandum.* Secr. *Purifica.* Comm. *Domine memorabor.* Postcomm. *Caelestia.* Super populum *Populi.*

633. — Feria sexta. Offic. *Meditatio.* ℣. *Caeli.* Oratio *Deus qui ineffabilibus.* Epist. *Aegrotavit filius.* ℟. *Bonum est confiteri Domino.* ℣. *Bonum est sperare.* Evang. *Erat quidam languens.* Offert. *Populum.* Secr. *Munera.* Comm. *Videns.* Postcomm. *Haec nos.* Super populum *Da quaesumus.*

634. — Sabbato. Offic. *Sitientes.* ℣. *Attendite.* Oratio *Fiat, quaesumus.* Epist. *In tempore placito.* ℟. *Tibi, Domine.* ℣. *Ut quid.* Evang. *Ego sum lux.* Offert. *Factus est.* Secr. *Oblationibus.* Comm. *Dominus regit.* Postcomm. *Tua nos.* Super populum *Deus, qui sperantibus.*

635. — **Dominica in Passione**. Offic. *Judica me.* ℣. *Emitte lucem* sine *Gloria Patri.* Quod observandum est in omnibus Officiis usque ad Pascha, nisi in Missis de Sanctis. Oratio *Quaesumus omnipotens.* Epist. *Christus assistens.* ℟. *Eripe.* ℣. *Liberator.* Tractus *Saepe expugnaverunt.* Evang. *Dicebat Jesus.* Offert. *Confitebor.* Secr. *Haec munera.* Comm. *Hoc corpus.* Postcomm. *Adesto.*

636. — Feria secunda. Offic. *Miserere.* ℣. *Conculcaverunt.* Oratio *Sanctifica.* Epist. *Factum est verbum Domini.* ℟. *Deus exaudi.* ℣. *Deus in nomine.* Evang. *Miserunt principes.* Offert. *Domine*

convertere. Secr. *Concede.* Comm. *Dominus virtutum.* Postcomm. *Sacramenti.* Super populum *Da quaesumus.*

637. — Feria tertia. Offic. *Exspecta.* ℣. *Dominus illuminatio.* Oratio *Nostra tibi.* Epist. *Congregati.* ℟. *Discerne.* ℣. *Emitte.* Evang. *Ambulabat Jesus.* Offert. *Sperent.* Secr. *Hostias.* Comm. *Redime.* Postcomm. *Da quaesumus.* Super populum *Da nobis.*

638. — Feria quarta. Offic. *Liberator.* ℣. *Diligam.* Oratio *Sanctificato.* Epist. *Locutus est.* ℟. *Exaltabo.* ℣. *Domine Deus.* Evang. *Facta sunt encaenia.* Offert. *Eripe me.* Secr. *Annue.* Comm. *Lavabo.* Postcomm. *Caelestis.* Super populum *Adesto.*

639. — Feria quinta. Offic. *Omnia.* ℣. *Beati immaculati.* Oratio *Praesta, quaesumus.* Epist. *Oravit Daniel.* ℟. *Tollite.* ℣. *Revelabit.* Evang. *Rogabat Jesum.* Offert. *Super flumina.* Secr. *Domine Deus.* Comm. *Memento.* Postcomm. *Quod ore.* Super populum *Esto, quaesumus.*

640. — Feria sexta. Officium *Miserere.* ℣. *In te Domine.* Oratio *Cordibus.* Epist. *Dixit Jeremias.* ℟. *Pacifice.* ℣. *Vidisti.* Evang. *Collegerunt.* Offert. *Benedictus.* Secr. *Praesta* (*) *nobis.* Comm. *Ne tradideris.* Postcomm. *Sumpti.* Super populum *Concede.*

641. — Sabbato. Officium, Responsorium, Offertorium, Communio sicut in praecedenti feria sexta. Oratio *Proficiat.* Epist. *Dixerunt impii.* Evang. *Sublevatis Jesus.* Secr. *A cunctis.* Postcomm. *Divini.* Super populum *Tueatur.*

642. — **Dominica in Ramis Palmarum.** — Finita Tertia, Prior cum cappa serica, et Diaconus cum Missali, et Subdiaconus cum libro Evangeliorum sericis induti, praecedentibus Acolythis in albis sine cereis, in Chorum veniant. Et aqua benedicta more solito aspersa, Prior stans ante gradus Presbyterii, verso vultu ad Altare, Diacono ante ipsum tenente Missale, Ramos Arborum super gradus Presbyterii a Sacrista collocatos, ita quod sint ad dexteram ipsius Prioris, benedicat eo modo quo dicuntur orationes ad Horas. *Dominus vobiscum. Oremus. Omnipotens sempiterne. Redemptor*, etc.

Finita benedictione, aspergat eos aqua benedicta, altero acolythorum ei aspersorium dante. Deinde Cantor, ramum Priori offerens,

(*) Columna LVI.

incipiat a.nam *Pueri Hebraeorum tollentes* et Conventus ipsam et aliam, scilicet *Pueri Hebraeorum vestimenta,* a Cantore incipiendam prosequatur, cantando ipsas et repetendo prout necesse fuerit dum rami distribuuntur. Sacrista vero ramos primo Ministris distribuat; deinde Fratribus, incipiens in dextro Choro a superioribus, et alius Frater cui ipse innuerit, in sinistro; postmodum Fratribus Conversis.

Dum rami distribuuntur, Acolythi ad Sacristiam euntes, cereos deferant, et ad Evangelium accendant. Interim etiam ille qui scriptus est ad Crucem, praeparet se in alba, et ille qui aquam in processione deferre debuerit, si clericus fuerit, superpelliceum induat.

Distributis vero ramis, Diaconus, benedictione accepta, legat Evangelium *Cum appropinquasset* in loco ubi profestis diebus Evangelium legitur, Acolythis et Subdiacono more solito ordinatis, et illo qui delaturus est aquam benedictam thuribulum tenente, vel ipso Subdiacono, si Conversus aquam deferre debuerit. Dum Evangelium legitur, Prior stet ad cornu Altaris.

Perlecto Evangelio, Frater Crucem a Sacrista praeparatam accipiat, et alius aquam benedictam, et Cantoribus inchoantibus a.nam *Cum appropinquasset*, processio egrediatur hoc ordine: Primo praecedat Frater aliquis Clericus in superpelliceo, vel aliquis Conversus, si pauci sint Fratres, cum aqua benedicta, quam procedendo aspergat; post eum Ceroferarii, deinde Cruciferarius cum Cruce denudata; postea reliqui Fratres in ordine suo, junioribus praecedentibus; ultimo Prior cum Diacono a dextris ipsius aliquas Reliquias deferente, et Subdiacono a sinistris, portante Libellum processionalem.

Dum autem praedicta antiphona cantatur, fiat prima Statio in prima parte Claustri. In unaquaque autem Statione, Cruciferarius et Ceroferarii, vultus suos et imaginem Crucifixi, versos habeant ad Conventum, nisi forte fieret statio ante exteriorem introitum Ecclesiae vel Chori; tunc enim praedicti Ministri vertere debent vultus ad Altare, imagine tamen Crucifixi versa ad Conventum. Prior autem stans ultimo cum Diacono et Subdiacono, ut praedictum est, vultus suos habeant ad Crucem. Ceteri Fratres stent versis vultibus ad se invicem. Deferens vero aquam benedictam, deposita aqua ante Crucem, collocet se ultimum in Choro suo, si est Clericus, vel stet aliquantulum retro Crucem, si est Conversus.

Finita antiphona praecedenti, Cantoribus inchoantibus a.nam *Col-*

legerunt procedatur ad secundam Stationem, quae fiat in tertia parte Claustri. Finita praedicta antiphona, dum fit secunda statio, duo Fratres in medio processionis cantent ℣. *Unus autem.*

Cum autem inchoabitur post versum resumptio *Quid facimus*, procedatur ad tertiam Stationem, quae fiat ante introitum Ecclesiae anteriorem, vel in Ecclesia laicorum ante introitum Chori.

Finita resumptione praedicta, Cantores genua flectendo, incipiant a.nam *Ave Rex.* In cujus inceptione Fratres omnes, praeter Cruciferarium et Ceroferarios, versis vultibus ad Crucem, genua flectentes, antiphonam prosequantur. Cum autem dixerint *Redemptor mundi*; omnes se erigant, stantes versi ad Crucem usque ad finem antiphonae.

Dum autem praedicta antiphona cantatur, duo Fratres, quibus Cantor injunxerit, intrent Ecclesiam vel Chorum, et clauso ostio, stantes versis vultibus ad Conventum, finita antiphona, cantent versum *Gloria laus* totum. Quo finito, Chorus eumdem repetat. Deinde dicti duo cantent sequentes versus, et Chorus post unumquemque respondeat *Gloria laus.* ℣. *Israel es tu.* ℣. *Coetus.* ℣. *Plebs Hebraea.*

Cantato ultimo versu, praedicti duo Fratres ostium aperiant et ad processionem in locis suis revertantur. Repetito *Gloria laus* post ultimum versum, ad introitum Ecclesiae vel Chori incipiatur ℟. *Ingrediente.* Et Conventu ipsum prosequente, processio Chorum ingrediatur.

Cum Conventus Chorum intrat, Fratres ramos super gradus Presbyterii projiciant, quos Sacrista colligat. Et ceteris euntibus ad sedes suas, qui aquam portavit in Sacristiam vadat. Prior vero et Ministri se ordinent, sicut ad aspersionem aquae consueverunt, Cruciferario tenente Crucem ante gradus Presbyterii. Finito responsorio praedicto, duo Fratres cantent. ℣. *Cumque.* Finita resumptione post versum, Ceroferarii, Cantore eis deferente, dicant ℣. *De ore leonis.* Deinde Prior absque *Dominus vobiscum*, praemisso *Oremus*, dicat Orationem *Omnipotens sempiterne Deus, qui humano.*

Dum oratio dicitur, Cruciferarius Crucem reponat in loco suo, quae discooperta usque post Completorium remaneat. Oratione finita, Prior et Ministri in Sacristiam vadant, et deposita cappa serica a Priore, assumptaque casula, et Missa inchoata, procedant more

solito ad Altare. Qui autem Crucem portavit, exuat sacras vestes. Missa sicut in festo semiduplici celebretur.

643. — Ad missam: Offic. *Domine ne longe.* ℣. *Deus, Deus meus, respice.* Oratio. *Omnipotens sempiterne.* Haec sola oratio dicatur, nisi memoria occurrerit. Epist. *Hoc sentite.* ℟. *Tenuisti.* ℣. *Quam bonus.* Tractus *Deus, Deus meus, respice.* Passio: *Scitis quia post biduum.* Ad hanc et ad alias Passiones legendas benedictio non petatur; cerei et thuribulum non portentur; Ministri tamen more solito incedant; *Dominus vobiscum* non dicatur, sed inchoentur hoc modo: *Passio Domini* etc., praeter ultimam quae sine titulo legitur; non respondeatur *Gloria tibi Domine*, nec signent se Fratres. Post Passiones lectas, Diaconus librum (*) clausum tradat Subdiacono, nec ad osculandum Sacerdoti offeratur. Offert. *Improperium.* Secr. *Concede.* Comm. *Pater.* Postcomm. *Per hujus.*

644. — Feria secunda. -- Offic. *Judica Domine.* ℣. *Effunde.* Oratio *Da, quaesumus.* Epist. *Dixit Isaias.* ℟. *Exsurge.* ℣. *Effunde.* Evang. *Ante sex dies.* Offert. *Eripe.* Secr. *Haec sacrificia.* Comm. *Erubescant.* Postcomm. *Praebeant.* Super Populum *Adjuva.*

645. — Feria tertia. — Offic. *Nos autem.* ℣. *Deus misereatur.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Dixit Jeremias.* ℟. *Ego autem.* ℣. *Judica, Domine.* Passio *Erat Pascha.* Offert. *Custodi.* Secr. *Sacrificia.* Comm. *Adversum.* Postcomm. *Sanctificationibus.* Super Populum *Tua nos.*

646. — Feria quarta. — Offic. *In nomine.* ℣. *Domine exaudi j.* Non dicatur *Dominus vobiscum*, sed *Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Praesta, quaesumus.* Postquam Diaconus dixerit *Levate* stent Fratres versis vultibus ad Altare. Lectio *Dicite filiae Sion.* ℟. *Ne avertas.* ℣. *Salvum. Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Deus, qui pro nobis.* Epist. *Dixit Isaias.* Tractus *Domine exaudi.* Passio *Appropinquabat.* Offert. *Domine exaudi.* Secr. *Purifica.* Comm. *Potum.* Postcomm. *Largire.* Super Populum *Respice.*

647. — **Feria Quinta in Coena Domini.** — Fratres privatas Missas non celebrent, sed omnes in Missa Conventuali communicent. Sacrista vero ante Nonam omnia Altaria detegat; praeter

(*) Columna LVII.

Majus, quod, dum Vesperae cantantur, detegatur, una sola mappa super ipsum usque post finem Missae relicta, quae, finita Missa, removeatur; et usque ad Horam Tertiam Sabbati sequentis detecta remaneant; praeter Majus, quod in crastino hora officii cooperiatur.

Finita autem Nona, Prior cum his Ministris, scilicet Diacono et Subdiacono et Acolythis, absque sericis indumentis et cereis, ad gradus Presbyterii veniat, ibique prostratus super aliquem pannum a Sacrista praeparatum, et Diacono cum uno Acolytorum a dextris, Subdiacono vero cum altero a sinistris prostratis, incipiat sine nota a.nam *Ne reminiscaris*. Et Cantore, ex cujus Choro fuerit hebdomada, incipiente septem psalmos poenitentiales, Fratres prostrati super formas ipsos prosequantur, dicendo singulos sine *Gloria Patri*, utroque Choro alternatim versus dicente. Subjuncta post psalmos antiphona, fiat absolutio sicut in quarta feria in Capite Jejunii est notatum.

Facta absolutione, Prior cum Ministris in Sacristiam revertatur, et Missa inchoata, assumptis sericis indumentis et cereis, procedat more solito ad Altare. Missa sicut in festo semiduplici celebretur.

Postquam hac die ad Missam campana pulsata est, nullum signum fiat cum campanis, sed fiant omnia cum tabula, usque ad Sabbatum Sanctum, dum inchoabitur *Gloria in excelsis*.

648. — Ad Missam: Offic. *Nos autem* ℣. *Deus misereatur* sine *Gloria Patri*. Non dicatur *Gloria in excelsis*, nisi Episcopus celebraverit. Oratio *Deus, a quo et Judas*. Haec sola oratio dicatur. Epist. *Convenientibus*. ℟. *Christus factus*. ℣. *Propter quod*. Cerei et incensum ad Evangelium deferantur. Evang. *Ante diem festum*. Offert. *Dextera*. Secr. *Ipse tibi*. *Communicantes et diem* et *Hanc igitur* et *Qui pridie* hac die dicantur. *Agnus Dei* cantetur, sed pax non detur. Comm. *Dominus Jesus*.

649. — Dicta Communione, absque *Pater noster* et absque *Deus in adjutorium*, incipiantur Vesperae per a.nam *Calicem*. Dum autem Vesperae a Conventu dicuntur Prior cum Ministris in Presbyterium Vesperas suas dicendo sedeat, usquequo inchoanda fuerit antiphona ad *Magnificat*.

Ad Vesperas a.na *Calicem*, ps. *Credidi*; a.na *Cum his*, ps. *Ad Dominum*; a.na *Ab hominibus*, ps. *Eripe*; a.na *Custodi*, ps. *Domine clamavi*; a.na *Considerabam*, ps. *Voce mea*. — Dicta post

ultimum psalmum antiphona, Prior stans ad Altare in dextro cornu, Cantore ei deferente, incipiat ad *Magn.* a.na *Coenantibus.* Finita post canticum antiphona, Prior conversus ad Conventum dicat *Dominus vobiscum.* Deinde reversus ad librum more solito dicat *Oremus* et Postcomm. *Refecti.* Finita Postcommunione, iterum conversus ad Conventum dicat *Dominus vobiscum* et Diaconus *Benedicamus Domino*, vel *Ita Missa est*, si *Gloria in excelsis* praecesserit.

650. — Post comestionem utriusque mensae, hora idonea fiat signum cum tabula **ad Altaria abluenda.** Quo audito, Praelatus praeparet se cum his ministris, scilicet Diacono et Subdiacono et Ceroferariis, et aliis duobus, quorum unus deferat situlam cum aqua et alter scopam de aliquibus ramis et linteum. Et hi omnes induantur albis, Priore et Diacono habentibus stolas et manipulos, et Subdiacono manipulum.

Quibus praeparatis, fiat secundum signum, et tunc Fratres conveniant in Choro, et sic, praecedentibus Ceroferariis et subsequentibus post eos illis qui aquam et scopam deferunt, deinde Subdiacono cum ampulla vinaria, et Diacono cum libello, quem tenere debet coram Priore ad Orationes dicendas, Praelatus procedat ad Majus Altare abluendum.

Cumque illic pervenerit, Cantor voce mediocri, in quo totum hoc Officium fieri debet, incipiat ℟. *In monte Oliveti* cum suo versu, et Conventus utrumque prosequatur cum resumptione; quod in ceteris responsoriis cantandis ad hoc Officium observetur.

Et tunc qui situlam defert, effundat de aqua super magnam mensam Altaris, si consecrata fuerit, vel super mensam Altaris portatilis, si Altare non fuerit consecratum. Quo facto, Prior, accipiens scopam, cum ea lavet Altare. Deinde a Fratre, qui defert linteum, extergatur. Postmodum Prior Fratri scopam reddat, et accepta ampulla de manu Subdiaconi, in modum crucis vinum effundat super Altare.

Finito responsorio, Cantor incipiat antiphonam de Sancto vel de Sanctis illis, in cujus vel quorum memoria Altare constructum est, et Conventus ipsam prosequatur. Qua finita, Ceroferarii, Cantore eis deferente, dicant versiculum de Sancto vel de Sanctis illis, et Prior orationem.

Deinde prosequatur ad cetera Altaria, quae sunt intra Eccle-

siam, et eodem modo fiat per singula, Cantore post terminationem orationis incipiente immediate singula responsoria secundum ordinem historiae, dum proceditur ad singula (*) Altaria. Deinde antiphona de Sancto vel de Sanctis, et versiculus et oratio, sicut praedictum est, dicantur.

Cum autem ad ultimum Altare procedendum fuerit, inchoetur ℟. *Circumdederunt.* Quod si Altaria abluenda fuerint pluria quam decem, dicto ℟. *Revelabunt*, resumantur de antedictis, prout necesse fuerit, et ad ultimum Altare reservetur ℟. *Circumdederunt.* Si vero pauciora, dictis responsoriis de historia praedicta, quae necessaria fuerint, reliqua intermittantur, et ℟. *Circumdederunt* ultimo cantetur.

Ubi aptitudo loci permiserit, praecedente Priore cum Ministris ad Altaria, Conventus cantando responsorium, gregatim sequatur, et ante Altare quod lavatur seorsum, responsorium et antiphona cantentur. Si autem non fuerit locus ad procedendum idoneus, tantum Praelatus cum Ministris procedat ad Altaria, et quae cantanda sunt a Conventu, in Choro cantentur.

651. — Finita ablutione Altarium, Conventu in Choro residente, Praelatus et Ministri in Sacristiam revertentes, depositis sacris vestibus, redeant ad Chorum. Deinde vadant omnes ad Capitulum, Priore more solito praecedente, et fiat brevis sermo.

Finito sermone, Praelatus cum Coadjutoribus sibi deputatis, vadat in Sacristiam, et Fratres interim **ad ablutionem pedum** se praeparent, providentes ne aliquid in eis tunc appareat, quod in oculis saecularium, cum ibidem convenerint, reprehensibile videatur.

Procuratoris autem erit providere, quod aqua et vasa necessaria ad mandatum hora competenti sint praeparata, et de Fratribus Conversis qui aquam et vasa Praelato et Coadjutoribus ejus ministrent.

Prior vero induens camisiam decentem non notabiliter brevem, praecingat se linteo a Sacrista praeparato, et sic veniat in Capitulum, et Coadjutoribus ejus in caputiis cum eo. Cumque ad medium Capituli pervenerit, stans verso vultu ad Crucifixum, dicat humili voce Orationem *Actiones*.

(*) Columna LVIII.

Qua terminata *Per Christum*, Cantor incipiat a.nam *Dominus Jesus* et ℣. *Deus misereatur* et Conventus prosequatur quae cantanda sunt, Cantore antiphonas et versus incipiente.

Et tunc Praelatus, flexis genibus, incipiat lavare pedes Fratrum a Superioribus, et primo in dextro Choro, uno Coadiutore ipsum praecedente et supponente et coaptante pelvim utrisque pedibus Fratris abluendi, et altero subsequente, et aquam cum aliquo vase idoneo superinfundente. Prior vero pedes lotos abstergat linteo quo est praecinctus, et postmodum osculetur. Ablutio autem pedum, cum necesse fuerit, projiciatur in vas aliquod ad hoc praeparatum ibidem.

Haec autem sunt quae in hoc officio sunt cantanda; A.na *Dominus Jesus.* ℣. *Deus misereatur. Dominus Jesus.* A.na *Postquam surrexit.* ℣. *Audite haec. Postquam surrexit.* A.na *Si ego.* ℣. *Exemplum. Si ego.* A.na *Vos vocatis.* ℣. *Dixit Jesus. Vos vocatis.* A.na *Mandatum.* ℣. *Beati immaculati. Mandatum.* A.na *In hoc cognoscent.* ℣. *Pacem meam. In hoc.* A.na *In diebus.* ℣. *Maria optimam. In diebus.* A.na *Maria.* ℣. *Dimissa. Maria.* A.na *Domine tu.* ℣. *Domine, non tantum. Domine tu.* A.na *Diligamus.* ℣. *Et hoc mandatum. Diligamus.* A.na *Ubi est caritas.* A.na *Congregavit.* ℣. *Ecce quam bonum. Congregavit.* A.na *Maneant.* ℣. *Nunc autem. Major autem.*

Cantatis omnibus praedictis, si ablutio finita non fuerit, repetantur antiphonae et versus, prout necesse fuerit. Si autem ante finiatur lotio, quam cantata sint omnia, nihilominus cantentur.

Postquam autem Praelatus pedes omnium laverit, aquam det singulis ad manum lotionem, eo ordine quo pedes lavit, altero Coadjutore ipsum praecedente et pelvim ad ablutionem recipiendam tenente, et altero subsequente et tenente manutergium a Sacrista praeparatum ad extergendas manus.

Quo facto, Praelatus in loco suo resideat, et Coadjutores ejus, qui Sacerdotes fuerint, juxta eum hinc et inde; alii vero Ministri seorsum, in aliquo idoneo loco ex parte juniorum, sedeant. Et Supprior, indutus camisia in Sacristia, et praecinctus linteo, cum Coadjutoribus suis, ut de Priore dictum est, pedes eorum lavet, et ipsis lotis, aquam manibus eorum det modo praedicto.

Expletis praedictis omnibus, Praelatus in loco suo stans, dicat humili voce Orationem: *Adesto Domine*, et sic Mandatum termi-

natur. Quo facto, Prior et Supprior in Sacristiam ad deponendum camisias et linteos euntes, resumptis vestibus, revertantur ad Capitulum.

Ubi multitudo Fratrum tanta fuerit quod Prior non possit totum mandatum peragere, Supprior cum aliis Coadjutoribus sibi deputatis, vel plures si necesse fuerit, ad illud cum Priore faciendum se praeparent.

652. — Interim dum Mandatum peragitur, Diaconus, qui **Sermonem Dominicum** est lecturus, cum Subdiacono et Ceroferariis et Thuriferario, postquam pedes eorum abluti fuerint, vadant ad Sacristiam; ibique sacris vestibus prout in magnis solemnitatibus fieri solet induti, finito Mandato et regresso Priore ad Capitulum, veniant ad Capitulum eo modo quo itur ad legendum Evangelium in solemnitatibus, sine Cruce tamen.

Cumque in Capitulum venerint, Thuriferarius thus oblatum Priori ad benedicendum, et benedictum ab ipso, in thuribulum ponat. Deinde Diaconus, accepta benedictione a Priore, stans verso vultu ad aquilonem si capitulum fuerit ad orientem vel ad occidentem situm, alias verso vultu ad Crucifixum Capituli, dicat *Dominus vobiscum*. Et stantibus Fratribus ac respondentibus, et ad *Gloria tibi Domine* se signantibus, legat solemniter Evang. *Ante diem* Subdiacono et Ceroferariis et Thuriferario ordinatis, sicut ad alia Evangelia ordinari solent.

Finito Evangelio, remoto cussino a Sacrista deportando, Diaconus ex integro prosequatur Sermonem Dominicum per modum lectionis versus ad Crucifixum dum fuerit in Capitulo. Et ceteris Fratribus sedentibus, Subdiaconus et Ceroferarii ac Thuriferarius depositis candelabris ante pulpitum in quo legitur, hinc et inde, et thuribulo in medio, post Diaconum sedeant in sede aliqua ibi a Sacrista praeparata, et panno decenti cooperta.

Cum autem Diaconus (*) dixerit *Surgite eamus hinc*, surgant omnes. Et praecedentibus Diacono et Ministris ordine supradicto, vadat Conventus ad Refectorium junioribus praecedentibus. Et collocatis ante pulpitum ibi a Sacrista praeparatum candelabris et Thuribulo sicut in Capitulo fuerant collocata, sedente Subdiacono cum

(*) Columna LIX.

Ministris post Diaconum in aliqua sede ibidem a Sacrista praeparata, Diaconus stans ad pulpitum, ceteris Fratribus residentibus, prosequatur quae de Sermone Dominico restant, et potus ministretur.

Infra terminationem vero praedictae lectionis ad signum Praelati, dicto *Benedicite* a Diacono, et data benedictione ab eo qui Missam dixit, vel ab Hebdomadario, si ille defuerit, possunt bibere qui voluerint.

Finito Sermone sine *Tu autem*, Praelato signum faciente, surgant omnes. Et dicente Praelato ℣. *Adjutorium*, Subdiaconus et ministri accipiant quae ad ipsos pertinent. Et eo ordine quo venerunt, ad Sacristiam revertantur, et post eos Conventus junioribus praecedentibus in Ecclesiam processionaliter vadat. Diaconus vero et Ministri, depositis sacris vestibus, ad Refectorium vadant, si voluerint, ad bibendum.

Si hora Completorii fuerit, dicatur. Alioquin facto aliquo intervallo, hora idonea pro Completorio signum fiat.

653. — **In Parasceve,** facto mane, pulsetur tabula; et Fratres discalceati intrent Capitulum, ibique dicta Prima, et *Pretiosa*, si ante dictum non fuerit, factoque sermone, si in Capitulo faciendus sit, totum Psalterium dicant legendo sine *Gloria Patri* sedentes, usque ad *Laudate Dominum de coelis*, uno Fratre cui Cantor injunxerit dicente unum versum, et aliis ex utroque Choro alium. Finito Psalterio subjungatur antiphona *Ne reminiscaris*. Qua dicta, Conventus prostratus dicat *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater*. Quo finito Prior erectus, vel, si ipse defuerit, Hebdomadarius, dicat *Et ne nos* et Orationem *Respice* terminando eam sicut ad Horas. Postea Tertia ibidem dicatur. Sexta vero et Nona simul in Ecclesia dicantur, exclusis primo mulieribus.

654. — Dum autem praedictae Horae cantantur, Sacerdos et Ministri induant se AD OFFICIUM, et Sacrista superficiem Altaris mundis mappis cooperiat, et duos cereos more solito accendat.

Finita Nona, legatur in superpelliceo ad gradum Presbyterii sine titulo lectio *In tribulatione*. Quae dum legitur, Sacerdos indutus casula, Ministris praecedentibus more solito absque sericis indumentis et cereis, ingrediens ad Altare non dicat *Confiteor*, sed inclinans cum Ministris sessum eat.

Versus duorum Tractuum sequentium alternatim cantentur.

Post lectionem immediate cantetur Tractus *Domine audivi.* Finito Tractu, absque *Dominus vobiscum*, et absque *Flectamus genua*, praemisso *Oremus*, Sacerdos dicat Orationem *Deus a quo et Judas.*

Qua finita, legatur a Subdiacono in eodem loco, quo et prima, lectio *Dixit Dominus* absque titulo et per modum lectionis, non epistolae. Postea cantetur Tractus *Eripe.*

Post Tractum legatur Passio in loco ubi profestis diebus Evangelium legi solet absque titulo hoc modo: *Egressus est.*

Perlecta Passione, dicantur orationes sequentes sine *Dominus vobiscum*, hoc modo: *Oremus dilectissimi.* In fine primae orationis non respondeatur *Amen*, sed Sacerdos immediate subjungat: *Oremus* et Diaconus *Flectamus genua. Levate.* Deinde Sacerdos prosequatur secundam orationem, et in fine ipsius respondeatur *Amen.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Et hoc in sequentibus observetur; excepto quod ad Orationem pro Judaeis non dicatur *Flectamus genua,* sed dicto secundo *Oremus*, Sacerdos eam prosequatur. Dum autem hae orationes dicuntur, stent Fratres versis vultibus ad Altare.

Oremus et pro beatissimo. Oremus. Flectamus genua. Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, cujus judicio. — Oremus et pro omnibus Episcopis. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus cujus Spiritu. — Oremus et pro christianissimo. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Omnipotens sempiterne in cujus manu. — Oremus et pro Catechumenis. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus qui Ecclesiam. — Oremus dilectissimi. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, maestorum. — Oremus et pro haereticis. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas. — Oremus et pro perfidis Judaeis. Oremus.* Hic non dicatur *Flectamus genua.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, qui etiam judaicam. — Oremus et pro paganis. Oremus. Flectamus genua.* Oratio *Omnipotens sempiterne Deus qui non mortem.*

655. — Dum autem orationes solemnes dicuntur, duo Sacerdotes induant se albis et stolis et manipulis, et duo Diaconi similiter.

Completis orationibus, Prior, casula deposita, cum Ministris Altaris ab Altari discedat, et stet in dextera parte Presbyterii.

Tunc praedicti Sacerdotes venientes ad gradum Altaris flectant

genua; deinde surgentes accipiant Crucem Altari superpositam et velatam. Et tenentes eam in dextera parte Altaris per brachia reverenter, unus ad dexteram et alter ad sinistram, versi ad Conventum cantent ℣. *Popule meus.*

Quo finito, praedicti Diaconi ad gradum Presbyterii stantes respondeant *Agios*, ter flectentes genua, scilicet semel in principio cujuslibet trium primarum clausularum ad primam dictionem, et ad secundam surgentes.

Deinde Chorus respondeat *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus et immortalis* ter flectendo genua, scilicet semel in principio cujuslibet trium primarum clausularum ad primam dictionem et ad secundam surgentes. Prior vero et Ministri et Presbyteri qui Crucem tenent, non flectant genua. Sed neque praedicti Diaconi cum Conventu, neque Conventus cum ipsis genua flectat.

Postquam Chorus responderit *Sanctus*, Sacerdotes paulatim procedentes cantent ℣. *Quia eduxi.* Deinde Diaconi *Agios*, et Chorus *Sanctus*, similiter ut prius flectendo genua. Rursum Sacerdotes paulatim procedentes cantent ℣. *Quid ultra*, et Diaconi *Agios*, et Chorus *Sanctus*, ut prius.

Postea Sacerdotes progrediantur usque ad gradus Presbyterii ubi Crux adoranda est. Et tunc Prior de manu Sacerdotum Crucem velatam accipiens, ipsamque detegens, nudam omnibus repraesentet. Et elevans eam sursum incipiat a.nam *Ecce lignum.* In inchoatione antiphonae omnes Fratres genua flectant inclinantes [se] super formas, et Cantore incipiente *Crucis* surgant, et antiphonam prosequantur. Prior vero Crucem teneat elevatam, quousque antiphona sit finita. Postea tradat eam Sacerdotibus, qui deponentes sistant eam ad gradus Presbyterii super tapetum (*) vel pannum aliquem mappa coopertum ad hoc ibi stratum. Tunc, Sacerdotibus per brachia Crucem reverenter tenentibus hinc et inde, Prior primo adoret eam. Et toto corpore se prosternens et moram non faciens, Crucem tantum semel osculetur; quod a ceteris Fratribus in adoratione hujusmodi observetur. Deinde se erigens, Crucem ex parte dextra accipiat, et alter duorum Sacerdotum eam adoret. Quo surgente et Crucem ex parte sinistra accipiente, alter adoret. Qui cum adoraverit, Crucem de

(*) Columna LX.

manu Prioris accipiat, et deinceps ipse et socius eam teneant ut prius, quousque omnes adoraverint, adorantibus ipsam ad osculum coaptando. Post Sacerdotes Diaconus, qui ad Officium est indutus, adoret; deinde Diaconi qui cantaverunt *Agios.* Postquam hi duo Crucem adoraverint, in Sacristiam vadant et sacras vestes doponant. Post ipsos autem adorent Subdiaconus et Acolythi. Post Ministros, ceteri Fratres accedentes eo ordine quo itur ad Communionem. Post Fratres Clericos Fratres Conversi adorent. Dum autem Crux a Fratribus adoratur, Sacerdos et Ministri in Presbyterio sedeant. Interim a Conventu cantentur sequentes antiphonae: a.na *Tuam Crucem,* a.na *Crucem tuam*, a.na *Adoremus.* His dictis, cantetur Hymnus *Crux fidelis,* Hym. *Pange lingua*, Hym. *Lustra sex.* Praedictis antiphonis et hymnis cantatis, si nondum omnes Crucem adoraverint, repetantur antiphonae et hymni prout necesse fuerit. Si autem antequam praedicta terminentur, omnes adoraverint, nihilominus omnia cantentur.

Postquam omnes Crucem adoraverint, Sacerdotes eam reverenter elevent, et Priori stanti super gradus tradant eam. Qui Crucem accipiens ipsamque erigens, stans verso vultu ad Conventum incipiat a.na *Super omnia.* In inchoatione antiphonae Fratres flectant genua inclinantes se super formas, et Cantore incipiente *ligna cedrorum*, surgant et antiphonam prosequantur. Quae dum cantatur, Prior Crucem teneat elevatam, et, finita antiphona, tenens Crucem dicat Orationem *Respice*, sicut dicitur ad Horas hujus diei. Oratione dicta, Sacrista Crucem de manu Prioris accipiens, statuat eam in loco suo.

Ubi propter Fratrum paucitatem tot Sacerdotes et Diaconi ad praedictum Officium haberi non possunt, Prior et Diaconus, qui primo ad Officium est indutus, cum aliis duobus ipsum Officium exsequantur.

656. Postquam autem Prior Crucem Sacristae tradiderit, ipse et Ministri ejus et duo Presbyteri qui cantaverunt versus, in Sacristiam vadant, et illis duobus deponentibus sacras vestes, Prior et Ministri se calceent. Deinde lotis manibus Prior casulam assumat, et praecedentibus Ceroferariis et Subdiacono et Diacono, more solito ad Altare accedens, dicat *Confiteor.* Postea Diaconus, Ceroferariis praecedentibus, pyxidem, in qua Corpus Domini reservatur, super Altare deferat reverenter. Quod dum fit, Fratres qui in Choro sunt se prosternant, et deinceps sint prostrati quousque Vesperae fuerint

inchoandae. Postmodum Diaconus corporale more solito explicet, et Subdiaconus calicem cum vino et aqua praeparet. Quem Diaconus de manu Subdiaconi accipiens, offerat Sacerdoti, et Sacerdos illum statuat in loco suo cum patena coopertum. Deinde Corpus Domini de pyxide accipiat, et ante pedem calicis collocet, depositaque patena in loco suo, calicem cum corporali operiat. Postea, accepto thuribulo, tantum Corpus Domini et calicem incenset. Quo facto, digitos abluat, et ablutio in piscinam projiciatur. Deinde depositis manibus super Altare, dicat voce mediocri cum cantu feriali *Oremus. Praeceptis salutaribus,* etc. Et postmodum, manibus elevatis more solito prosequatur *Pater noster* et Chorus in eadem voce respondeat *Sed libera.* Sacerdos vero respondens submisse *Amen*, prosequatur more solito *Libera nos,* etc., et Corpus Domini in tres partes dividat, ac deinde voce mediocri dicat: *Per omnia*, et responso *Amen*, non dicatur *Pax Domini* nec pax detur, nec *Agnus Dei* cantetur, sed post responsionem praedictam, Sacerdos solitam partem Corporis Domini mittat in calicem, nihil dicens. Postmodum praemissa Oratione *Domine Jesu,* ad sumptionem duarum reliquarum partium dicat: *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat me ad vitam aeternam. Amen.* Deinde sumens tertiam partem quae est in calice cum vino et aqua, nihil dicat.

657. Peracta Communione fiat signum ab eo qui praeest in Choro, et dicatur ab omnibus *Pater noster*. Quo finito, et facto iterum signo ab eodem, surgant Fratres, et cantentur tractim *Vesperae* mediocri voce. Sacerdos vero ablutis digitis post Communionem, coram Altari inclinans, praetermissa oratione *Placeat Tibi Sancta Trinitas*, dicat oratione *Quod ore,* ac deinde pariter ipse et Ministri more solito in Sacristiam redeant, et sacra indumenta deponant.

Sacrista vero postquam Sacerdos ab Altari discesserit, mappas superpositas auferat. Finitis Vesperis, Fratres se calceent, deinde percussa tabula in Refectorium vadant.

658. — **Sabbato Sancto** Sacrista provideat quod cartula cereo benedicendo affigenda, infrascripto modo, observata temporum variatione, scribatur, et ante benedictionem cereo affigatur.

Anno ab Incarnatione Domini tali.

Anno a confirmatione Ordinis tali.

Anno a transitu Beati Dominici tali.

Epacta tali. Concurrente tali. Indictione tali.

Benedictus est cereus iste ad honorem Domini nostri Jesu Christi.

659. In hac autem die Sacrista ante horam officii Altaria omnia praeparet, cereum in loco suo statuat, et pulpitum super quod cantanda est benedictio, collocet juxta ipsum. Sexta et Nona simul dicantur. Finita Nona, luminaria Ecclesiae extinguantur. Prior vero cum cappa serica, et Diaconus, qui benedicturus est cereum, cum missali, et Subdiaconus cum libro Evangeliorum, praecedentibus Ceroferariis in albis cum cereis non accensis, in Chorum veniant. Deinde Prior stans ante gradus Presbyterii, verso vultu (*) ad Altare, Diacono coram ipso tenente missale, et Sacrista, vel alio cui ipse innuerit ad dexteram ejus tenente patellam cum carbonibus ignitis, absque *Dominus vobiscum* et absque *Oremus,* legendo sine nota, benedicat ignem hoc modo: *Domine sancte,* etc. Finita benedictione, aspergat eum aqua benedicta. Deinde candela de igne benedicto accendatur. Patella vero cum carbonibus in Presbyterio dimittatur donec cereus benedicendus accensus fuerit, ut, si candela extincta fuerit, eodem igne possit reaccendi.

660. Diaconus vero accepto a Subdiacono libro Evangeliorum, et benedictione a Priore dicente: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen,* stante ad dexteram ejus Subdiacono cum candela de igne benedicto accensa, et Ceroferariis astantibus a dextris et a sinistris cum cereis non accensis versis vultibus ad Altare, cereum benedicat. Benedictio *Exultet.* Prior autem dum cereus benedicitur, stet ad dexterum cornu Altaris, sicut ad Evangelium consuevit. Sacrista vero, vel Frater aliquis cui ipse innuerit, stet post Subdiaconum tenens quinque grana incensi cereo imprimenda. Cum autem Diaconus ad Praefationem pervenerit, Chorus respondeat sicut in Missa responderi consuevit. Cum vero dicit *Suscipe Sancte Pater incensi hujus sacrificium vespertinum*, qui tenet grana incensi, unum Diacono offerat quod ipse cereo imprimat. Qui vero tenet alia quatuor, imprimat in modum Crucis. Quando autem Diaconus pronuntiat *Rutilans ignis accendit*, ille, qui grana tenuit incensi,

(*) Columna LXI.

candelam de manu Subdiaconi accipiat, et cum ea cereum flammescere faciat. Postea Diacono subjungente *Qui licet divisus in partes,* cerei Acolythorum cum eadem candela accendantur, ac deinde luminaria Ecclesiae, quae extincta fuerant.

661. — Cereus hac die ardeat usque post Completorium, et in crastino ad Matutinum et ad omnes Horas et ad Missam. Postquam autem accensus fuerit ad Matutinum, non extinguatur usque post Primam. Ceteris vero diebus per hebdomadam Paschae et in octava, ad Missam tantum et ad Vesperas accendatur, et deinceps usque ad Ascensionem in loco suo remaneat. Accendatur etiam in omnibus diebus Dominicis et festis simplicibus et supra, ad Missam. In Ascensione vero Domini, ad primas Vesperas, ad Completorium, ad Matutinum, ad Primam, ad Tertiam, ad Missam et ad Sextam ardeat, et, Sexta finita, removeatur.

662. — Lectiones sequentes in superpelliceis et absque titulo legantur in loco ubi profestis diebus Epistola legi solet. Lectiones autem et Orationes et Tractus, dicantur ordine infra notato. Completa benedictione cerei, Prior cum Ministris in Sacristiam revertatur, et immediate post benedictionem cerei legatur lectio *In principio.* Prior vero, deposita cappa serica et assumpta casula, cum Ministris more solito procedens ad Altare, non dicat *Confiteor*, sed inclinans sessum eat. Quinque orationes sequentes sine *Dominus vobiscum* et sine *Flectamus genua,* praemisso *Oremus* dicantur. Finita prima lectione, dicatur Oratio *Deus qui mirabiliter.* Lectio secunda *Factum est in Vigilia.* Versus trium Tractuum sequentium alternatim cantentur. Post secundam lectionem cantetur Tractus *Cantemus.* Oratio *Deus, cujus antiqua.* Lectio tertia: *Apprehendent.* Tractus *Vinea.* Oratio *Deus, qui nos ad celebrandum.* Lectio quarta *Haec est hereditas.* Oratio *Deus*, *qui Ecclesiam.* Tractus *Sicut cervus.* Oratio *Concede.* Hac oratione finita, duo Fratres in superpelliceis in medio Chori cantent Litaniam, utroque Choro simul respondente, Fratribus stantibus versis vultibusad Altare. Quod semper fiat quando Litania cantatur. Dum autem Litania cantatur, Prior et Ministri in Presbyterio sedeant.

663. Quando Beatus Dominicus fuerit nominandus, exaltetur vox, et bis nominetur. Quando illi qui cantant Litaniam dicent: *Propitius esto, parce nobis*, *Domine*, Chorus idem respondeat. Quando vero dicent: *A damnatione perpetua*, Chorus respondeat: *Libera nos Do-*

mine. Item quando dicent: *Peccatores, Te rogamus audi nos*, Chorus idem respondeat; et quando dicent *Ut pacem nobis dones*, Chorus respondeat *Te rogamus audi nos.* Similiter quando dicent *Fili Dei, Te rogamus*, Chorus idem respondeat. Idem fiat de *Agnus Dei.*

664. — Cum autem in fine Litaniae Chorus responderit *Agnus Dei qui tollis peccata mundi*, *miserere nobis*, Cantor alta voce incipiat *Kyrie eleison* et Acolythi cereos suos accendant. Tunc Sacerdos cum Ministris ad Altare accedens dicat *Confiteor* et cetera more solito, et post *Kyrie eleison* incipiat *Gloria in excelsis. Gloria in excelsis* et *Sanctus, Sanctus*, sicut in semiduplici cantentur. Dum *Gloria in excelsis* cantatur, campana pulsetur usque ad *Domine Deus rex*, nisi ex causa usque ad pulsationem Majoris Ecclesiae differatur. Finito *Gloria in excelsis*, dicat Sacerdos *Dominus vobiscum.* Oratio. *Deus qui hanc.* Epist. *Si consurrexistis.* Post Epistolam duo Fratres cantent *Alleluia* et Conventus illud repetat. In inceptione vero surgat Conventus et stet usque ad inceptionem versus. ℣. *Confitemini. Alleluia* post versum non repetatur, sed statim duo cantent Tractum *Laudate.* Ad Evangelium cerei non portentur, sedtantum incensum, et Ministri more solito incedant. Evang. *Vespere Sabbati.* Non dicatur *Credo,* nec Offertorium cantetur, sed tantum *Dominus vobiscum. Oremus.* Secreta *Suscipe.* Praefatio *Te quidem Domine*; *Communicantes* et *Hanc igitur* dicantur. Postea Sacerdote dicente *Pax Domini,* respondeatur *Et cum spiritu tuo*, sed *Agnus* non cantetur, nec pax detur; sed facto modico intervallo, alta voce incipiatur ad Vesperas a.na *Alleluja* et tota cantetur ante psalmi intonationem. Ps. *Laudate Dominum omnes gentes* cum *Gloria Patri.* Finita antiphona post psalmum, Sacerdos ad Altare incipiat a.na *Vespere*, Cantore ei deferente. Repetita antiphona post *Magnificat,* Sacerdos conversus ad Chorum dicat *Dominus vobiscum.* Deinde reversus ad librum prosequatur Postcomunionem *Spiritum nobis.* Postea convertat se iterum Sacerdos ad Chorum, et dicat *Dominus vobiscum*, et Diaconus subjungat *Ite missa est,* sicut in toto duplici, et sic Missa et Vesperae simul finiantur.

665. — **In die sancto Paschae.** Offic. *Resurrexit.* ℣. *Domine probasti.* Oratio *Deus qui hodierna.* Epist. *Expurgate.* ℟. *Haec dies.* ℣. *Confitemini. Alleluia.* ℣. *Pascha nostrum.* Sequentia *Victi-*

mae. Evang. *Maria Magdalene.* Offert. *Terra.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Pascha.* Postcomm. *Spiritu.*

666. — Feria (*) secunda. Offic. *Introduxit.* ℣. *Confitemini.* Oratio *Deus qui solemnitate.* Epist. *Stans Petrus.* ℟. *Haec dies.* ℣. *Dicat nunc Israel. Alleluia.* ℣. *Nonne cor.* Sequentia *Victimae.* Evang. *Duo ex discipulis.* Offert. *Angelus.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Surrexit.* Postcomm. *Spiritum.*

667. — Feria tertia. Offic. *Aqua.* ℣. *Confitemini.* Oratio *Deus qui Ecclesiam.* Epist. *Surgens Paulus.* ℟. *Haec dies.* ℣. *Dicant nunc qui redempti. Alleluia.* ℣. *Surrexit Dominus et occurrens.* Sequentia *Victimae.* Evang. *Stetit Jesus.* Offert. *Intonuit.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Si consurrexistis.* Postcomm. *Concede.*

668. — Feria quarta et tribus sequentibus fiat Missa sicut in festo simplici. Offic. *Venite, benedicti.* ℣. *Confitemini.* Oratio *Deus qui nos Resurrectionis.* Epist. *Aperiens Petrus.* ℟. *Haec dies.* ℣. *Dextera. Alleluia.* ℣. *Christus resurgens.* Evang. *Manifestavit.* Offert. *Portas.* Secr. *Sacrificia.* Comm. *Christus resurgens.* Postcomm. *Ab omni.*

669. — Feria quinta. Offic. *Victricem.* ℣. *Confitemini.* Oratio *Deus qui diversitatem.* Epist. *Angelus.* ℟. *Haec dies.* ℣. *Lapidem. Alleluia.* ℣. *In die.* Evang. *Maria stabat.* Offert. *In die.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Populus.* Postcomm. *Exaudi.*

670. — Feria sexta. Offic. *Eduxit.* ℣. *Attendite.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Christus semel.* ℟. *Haec dies.* ℣. *Benedictus. Alleluia.* ℣. *Angelus.* Evang. *Undecim discipuli.* Offert. *Erit vobis.* Secr. *Hostias.* Comm. *Data est mihi.* Postcomm. *Respice.*

671. — Sabbato. Offic. *Eduxit Dominus.* ℣. *Confitemini Domino et invocate.* Oratio *Concede.* Epist. *Deponentes. Alleluia.* ℣. *Haec dies. Alleluia.* ℣. *Laudate pueri.* Evang. *Una sabbati.* Offert. *Benedictus.* Secr. *Concede.* Comm. *Omnes qui in Christo.* Postcomm. *Redemptionis.*

672. Ab hac die usque ad festum Trinitatis exclusive non dicatur Responsorium ad Missam nisi pro Defunctis. In profestis diebus et festis trium lectionum ad Missam dicatur unum *Alleluia* tantum.

(*) Columna LXII.

673. — **Dominica in octava Paschae.** Offic. *Quasi modo.* ℣. *Exultate.* Oratio *Praesta, quaesumus.* Epist. *Omne quod natum. Alleluia.* ℣. *Post dies. Alleluia.* ℣. *Surrexit Dominus de sepulchro.* Ab hac die usque ad Rogationes exclusive, *Alleluia* quae dicuntur in Dominica ad Missam vicissim repetantur in profestis diebus quando de Tempore agitur. Evang. *Cum esset sero.* Postquam hoc Evangelium ex integro hac die lectum fuerit, per hebdomadam dividatur: prima pars durat usque ad *Thomas autem unus*, secunda vero ab inde usque ad finem. Offert. *Angelus.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Mitte.* Postcomm. *Quaesumus Domine.*

674. — **Dominica prima post octavam Paschae.** Offic. *Misericordia.* ℣. *Exultate justi.* Oratio *Deus qui in Filii.* Epist. *Christus passus. Alleluia.* ℣. *Ego sum pastor. Alleluia.* ℣. *Surrexit Christus.* Evang. *Ego sum Pastor.* Offert. *Deus Deus.* Secr. *Benedictionem.* Comm. *Ego sum pastor.* Postcomm. *Praesta nobis.*

675. — **Dominica secunda.** Offic. *Jubilate.* ℣. *Dicite.* Oratio *Deus qui errantibus.* Epist. *Obsecro vos. Alleluia.* ℣. *Modicum. Alleluia.* ℣. *Surrexit pastor.* Evang. *Modicum.* Offert. *Lauda.* Secr. *His nobis.* Comm. *Modicum.* Postcomm. *Sacramenta.*

676. — **Dominica tertia.** Offic. *Cantate.* ℣. *Salvavit.* Oratio *Deus qui fidelium.* Epist. *Omne datum. Alleluia.* ℣. *Vado. Alleluia.* ℣. *Surrexit Dominus.* Evang. *Vado ad eum.* Offert. *Jubilate Deo universa.* Secr. *Deus qui nos.* Comm. *Cum venerit.* Postcomm. *Adesto.*

677. — **Dominica quarta.** Offic. *Vocem jucunditatis.* ℣. *Jubilate j.* Oratio *Deus a quo bona.* Epist. *Estote factores. Alleluia.* ℣. *Usque modo. Alleluia.* ℣ *Surrexit Dominus et occurrens.* Evang. *Amen amen dico vobis, si quid.* Offert. *Benedicite.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Cantate.* Postcomm. *Tribue.*

678. — **Feria secunda in Rogationibus,** quando Missa cantanda fuerit, Sacerdos et Ministri induant se sacris vestibus. Deinde, finita Hora praecedente Missam, veniant in Chorum, et stent sicut in Dominicis ad aspersionem aquae benedictae. Cantor autem incipiat a.na *Exurge.* ℣. *Deus auribus. Gloria Patri.* Post repetitionem antiphonae Sacerdos dicat ℣. *Ostende nobis* et Orationem *Parce*

Domine. Postea duo Fratres in superpelliceis cantent Litaniam eo modo quo in vigilia Paschae notatum est. Interim Sacerdos et Ministri sedeant in Presbyterio. Cum autem dictum fuerit *Peccatores, Te rogamus, audi nos,* Sacerdos cum Ministris revertens in Sacristiam casulam assumat, et Missa inchoata, praecedentibus uno Ceroferario, et Diacono et Subdiacono, more solito, veniant ad Altare. Cum vero in fine Litaniae Chorus responderit: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis*; incipiatur Missa. Hic ordo in duobus diebus sequentibus observetur.

Ad Missam: Offic. *Exaudivit.* ℣. *Diligam te.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Confitemini. Alleluia.* ℣. *Confitemini.* Evang. *Quis vestrum.* Offert. *Confitebor.* Secr. *Haec munera.* Comm. *Petite.* Postcomm. *Vota.*

679. — Feria tertia. Ad Missam: Offic. *Exaudivit* et cetera. Omnia sicut in praecedenti Feria secunda.

680. — **In vigilia Ascensionis**, dicta Nona, cantetur Missa. Offic. *Omnes gentes.* ℣. *Subjecit.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Unicuique nostrum. Alleluia.* ℣. *Exivi.* Evang. *Sublevatis.* Offert. *Ascendit.* Secr. *Sacrificium.* Comm. *Pater.* Postcomm. *Tribue.*

681. — **In die.** Finita Tertia, Prior cum cappa serica et Diaconus cum Reliquiis et Subdiaconus sericis induti, praecedentibus Caeroferariis et Cruciferario in albis in Chorum veniant, et Cantoribus incipientibus ℟. *Viri Galilaei*, egrediatur processio eo ordine qui in Dominica de Ramis Palmarum notatus est, praecedente Fratre cum aqua benedicta. Dum autem cantatur praedictum responsorium fiat prima Statio in prima parte Claustri. In Stationibus vero ordinent se Fratres et Ministri et stent, sicut in Dominica de Ramis Palmarum notatum est. Dum prima Statio fit, finito responsorio, cantetur a duobus Fratribus ℣. *Cumque intuerentur*, et hoc idem in duobus sequentibus responsoriis observetur. Finita resumptione post versum, Cantoribus inchoantibus ℟. *Omnis pulchritudo*, procedatur ad secundam Stationem, quae fiat in tertia parte Claustri. ℣. *A summo coelo.* Finita resumptione post versum, Cantoribus inchoantibus . *Non conturbetur*, procedatur ad tertiam Stationem, quae fiat in quarta parte Claustri. ℣. *Ego rogabo.* Finita resumptione post versum, inchoetur ad introitum Ecclesiae a.na *O Rex gloriae,* et Con-

ventu ipsam prosequente, processio Chorum ingrediatur. Cum autem Conventus Chorum intrat, ceteris euntibus ad sedes suas, qui aquam benedictam portavit in Sacristiam vadat. Prior vero et Ministri ordinent se sicut in Dominica de Ramis Palmarum notatum est. Finita praedicta antiphona, Ceroferarii, Cantore eis deferente, dicant ℣. *Ascendit Deus.* Deinde Prior, absque *Dominus vobiscum*, praemisso *Oremus*, dicat Orationem *Deus cujus Filius.* Dum autem oratio dicitur, Cruciferarius Crucem reponat in loco suo. Oratione finita, Prior et Ministri in Sacristiam vadant, et (*) deposita cappa serica a Priore, assumptaque casula et Missa inchoata, procedant more solito ad Altare.

Ad Missam: Offic. *Viri Galilei.* ℣. *Cumque intuerentur.* Oratio *Concede.* Epist. *Primum quidem. Alleluia.* ℣. *Ascendit. Alleluia.* ℣. *Ascendens Christus.* Sequentia *Omnes gentes.* Evang. *Recumbentibus.* Offert. *Viri Galilaei.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Psallite.* Postcomm. *Praesta nobis.*

Praedictum *Alleluia*, scilicet *Ascendit Deus* et *Alleluia Dominus in Sinai*, quod est infra in Dominica, dicantur per octavam alternatim, et unum tantum *Alleluia* dicatur, quando de Ascensione agitur, nisi in Dominica.

682. — **Dominica infra octavam Ascensionis.** Offic. *Exaudi Domine.* ℣. *Dominus illuminatio.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Estote prudentes. Alleluia.* ℣. *Ascendit. Alleluia.* ℣. *Dominus in Sinai.* Evang. *Cum venerit Paraclitus.* Offert. *Ascendit.* Secr. *Sacrificia.* Comm. *Pater.* Postcomm. *Repleti.*

683. — **In octava Ascensionis** ad Missam omnia sicut in die, excepto quod non dicitur Sequentia, nec *Credo.*

684. — **In vigilia Pentecostes** in anno electionis Magistri Ordinis in quolibet Conventu post Primam cantetur Missa sicut in festo simplici. Officium *Spiritus Domini.* Non dicatur *Gloria in excelsis.* Oratio *Deus qui corda* cum orationibus de Beata Virgine et Beato Dominico. Epist. *Cum audissent. Alleluia.* ℣. *Veni*, a toto Choro cantetur. Evang. *Si quis diligit.* Offert. *Confirma.* Comm. *Factus.*

685. Missa vero diei omni anno, dicta Nona, cantetur a Priore. Lectiones autem sequentes legantur eo modo, loco et ordine, qui in

(*) Columna LXIII.

vigilia Paschae notatus est. Dum prima lectio legitur, Sacerdos indutus casula cum Ministris accedens ad Altare, non dicat *Confiteor*, sed inclinans sessum eat.

Lectiones, Orationes et Tractus dicantur ordine infra notato. Lectio prima *Tentavit.* Quinque orationes sequentes sine *Dominus vobiscum*, praemisso *Oremus*, dicantur. Finita prima lectione immediate dicantur Oratio *Deus qui in Abrahae.* — Lectio secunda *Scripsit Moyses.* Versus trium Tractuum sequentium alternatim cantentur. Tractus *Attende.* Oratio *Deus qui nobis.* — Lectio tertia *Apprehendent.* Tractus *Vinea.* Oratio *Deus qui nos.* — Lectio quarta *Audi Israël.* Oratio *Deus incommutabilis.* Tractus *Sicut cervus.* Oratio *Concede.*

Dicta hac oratione cantetur Litania, et deinceps omnia fiant usque ad sequentem orationem exclusive, sicut in vigilia Paschae notatum est, excepta pulsatione ad *Gloria in excelsis.*

Sanctus et *Agnus* et *Ite Missa est* dicantur sicut in semiduplici.

Finito *Gloria in excelsis*, Sacerdos dicat *Dominus vobiscum. Oremus. Praesta quaesumus.* Epist. *Factum est cum Apollo.* Sequens *Alleluia* et Tractus cantentur sicut in vigilia Paschae. *Alleluia.* ℣. *Confitemini.* Tractus *Laudate.* Ad Evangelium thus et cerei deferantur. Evang. *Si diligitis. Credo* non dicitur. Offert. *Emitte.* Secr. *Munera.* Comm. *Ultimo.* Postcomm. *Sancti Spiritus.*

686. — **In die Pentecostes.** Offic. *Spiritus Domini.* ℣. *Confirma.* Oratio *Deus qui hodierna.* Epist. *Dum complerentur. Alleluia.* . *Emitte. Alleluia.* ℣. *Veni Sancte.* Quatuor Fratres hac die flectendo genua incipiant praedictum versum, et Chorus residuum prosequatur. Sequentia *Sancti Spiritus.* Evang. *Si quis diligit me.* Offert. *Confirma.* Secreta et Postcommunio ut supra in Sabbato. Comm. *Factus est.*

687. — Feria secunda, in Conventu, ubi Generale Capitulum celebratur, Missa pro Capitulo cantetur post Primam, sicut supra in vigilia pro electione Magistri Ordinis de Missa notatum est, cum *Gloria in excelsis* et *Credo.* — Ad Missam vero diei Offic. *Cibavit.* ℣. *Exsultate Deo.* Oratio *Deus qui Apostolis.* Epist. *Aperiens Petrus. Alleluia.* ℣. *Spiritus Sanctus. Alleluia.* ℣. *Spiritus Domini.* Sequentia *Veni Sancte Spiritus.* Evang. *Sic Deus dilexit.* Offert. *Intonuit.* Secr. *Propitius.* Comm. *Spiritus Sanctus.* Postcomm. *Adesto.*

688. — Feria tertia. Offic. *Accipite.* ℣. *Attendite.* Oratio *Adsit nobis.* Epist. *Cum audissent. Alleluia.* ℣. *Loquebantur. Alleluia.* ℣. *Non vos.* Sequentia *Veni Sancte.* Evang. *Amen amen dico vobis qui non intrat.* Offert. *Portas.* Secr. *Purificet.* Comm. *Spiritus.* Postcomm. *Mentes nostras.*

689. — Feria quarta et tribus sequentibus Missa fiat sicut in festo simplici. Offic. *Deus cum egredereris.* ℣. *Exurgat.* Non dicatur *Dominus vobiscum*, sed *Oremus.* Oratio *Mentes nostras.* Lectio *Diligite justitiam. Alleluia.* ℣. *Spiritus Domini.* Sequitur *Dominus vobiscum.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Stans Petrus. Alleluia.* ℣. *Factus est.* Evang. *Nemo potest venire.* Offert. *Meditabor.* Secr. *Accipe.* Comm. *Pacem.* Postcomm. *Sumentes.*

690. — Feria quinta. Offic. *Spiritus Domini.* Oratio *Deus qui hodierna.* Epist. *Philippus. Alleluia.* ℣. *Emitte. Alleluia.* ℣. *Paraclitus.* Evang. *Convocatis.* Offertorium, Secreta, Communio et Postcommunio sicut in die Pentecostes.

691. — Feria sexta. Offic. *Repleatur.* ℣. *In te Domine ji.* Oratio *Da quaesumus.* Epist. *Aperiens Petrus. Alleluia.* ℣. *Dum complerentur. Alleluia.* ℣. *Veni Sancte.* Evang. *Factum est in una.* Offert. *Lauda.* Secr. *Sacrificia.* Comm. *Spiritus.* Postcomm. *Sumpsimus.*

692. — Sabbato. Offic. *Caritas.* ℣. *Domine Deus salutis.* Quinque orationes sequentes sine *Dominus vobiscum*, praemisso *Oremus*, dicantur. — Oratio *Mentibus.* Lectio prima *Effundam. Alleluia.* ℣. *Emitte.* Praedictum *Alleluia* cum tribus sequentibus a toto Choro cantetur, nec iteretur *Alleluia* post versum usque ad duo ultima, quae solum post versum repetantur. — Oratio *Illo nos.* Lectio secunda septem hebdomadas. *Alleluia.* ℣. *Loquebantur.* — Oratio *Deus qui ad animarum.* Lectio tertia. *Audi Israel. Alleluia.* ℣. *Factus est.* — Oratio *Praesta quaesumus.* Lectio quarta *Si in praeceptis. Alleluia.* ℣. *Veni Sancte.* — Oratio *Praesta quaesumus sic nos.* Lectio quinta *Angelus. Alleluia.* ℣. *Benedictus* a duobus cantetur et sequens similiter. *Dominus vobiscum.* — Oratio *Deus qui tribus.* Epist. *Convenit universa. Alleluia.* ℣. *Laudate.* Evang. *Surgens Jesus.* Offert. *Domine Deus.* Secr. *Ut accepta.* Comm. *Non vos.* Postcomm. *Praebeant.*

693. — **In festo Sanctae Trinitatis.** — Offic. *Benedicta.* ℣. *Benedicamus.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Gaudete.* ℟. *Benedictus.* ℣. *Benedicite. Alleluia.* ℣. *Benedictus.* Sequentia *Profitentes.* Evang. *Erat homo.* Offert. *Benedictus.* Secr. *Sanctifica.* Comm. *Benedicimus.* Postcomm. *Proficiat.*

694. — **Dominica prima post Festum Trinitatis.** — Offic. *Domine in tua.* ℣. *Usquequo.* Oratio *Deus in te sperantium.* Epist. *Deus caritas.* ℟. *Ego dixi.* ℣. *Beatus qui. Alleluia.* ℣. *Verba.* Evang. *Homo quidam erat dives.* Offert. *Intende.* Secr. *Hostias.* Comm. *Narrabo.* Postcomm. *Tantis.*

695. **Dominica secunda.** Offic. *Factus est.* ℣. *Diligam.* Oratio *Sancti Nominis.* Epist. *Nolite mirari.* ℟. *Ad Dominum. Alleluia.* ℣. *Deus judex.* Evang. *Homo quidam fecit coenam.* Offert. *Domine convertere.* Secr. *Oblatio.* Comm. *Cantabo.* Postcomm. *Sumptis.*

696. — **Dominica tertia.** Offic. Respice. ℣. *Ad te Domine levavi.* Oratio *Deprecationem.* Epist. *Humiliamini.* ℟. *Jacta. Alleluia.* ℣. *Diligam.* Evang. *Erant appropinquantes.* Offert. *Sperent.* Secr. *Munera.* Comm. *Ego clamavi.* Postcomm. *Haec nos.*

697. — **Dominica quarta.** Offic. *Dominus illuminatio.* ℣. *Si consistant.* Oratio *Protector.* Epist. *Existimo.* ℟. *Propitius. Alleluia.* ℣. *Domine in virtute.* Evang. *Estote* (*) *misericordes.* Offert. *Illumina* Secr. *Respice.* Comm. *Dominus firmamentum.* Postcomm. *Sancta tua.*

698. — **Dominica quinta.** Offic. *Exaudi.* ℣. *Dominus illuminatio.* Oratio *Da nobis.* Epist. *Omnes unanimes.* ℟. *Protector. Alleluia.* ℣. *In te Domine.* Evang. *Cum turbae irruerent.* Offert. *Benedicam.* Secr. *Oblationibus.* Comm. *Unam petii.* Postcomm. *Mysteria.*

699. — **Dominica sexta.** Offic. *Dominus fortitudo.* ℣. *Ad te, Domine, clamavi.* Oratio *Deus qui diligentibus.* Epist. *Quicumque baptizati.* ℟. *Convertere. Alleluia.* ℣. *Eripe me.* Evang. *Amen dico vobis, nisi abundaverit.* Offert. *Perfice.* Secr. *Propitiare.* Comm. *Circuibo.* Postcomm. *Quos coelesti.*

700. — **Dominica septima.** Offic. *Omnes gentes.* ℣. *Subjecit.* Oratio *Deus virtutum.* Epist. *Humanum.* ℟. *Venite. Alleluia.*

(*) Columna LXIV.

℣. *Te decet.* Evang. *Cum turba multa.* Offert. *Sicut in holocaustis.* Secr. *Propitiare.* Comm. *Inclina.* Postcomm. *Repleti.*

701. — **Dominica octava.** Offic. *Suscepimus.* ℣. *Magnus Dominus.* Oratio *Deus, cujus providentia.* Epist. *Debitores.* ℟. *Esto mihi. Alleluia.* ℣. *Attendite.* Evang. *Attendite a falsis prophetis.* Offert. *Populum.* Secr. *Deus qui legalium.* Comm. *Gustate.* Postcomm. *Tua nos.*

702. — **Dominica nona.** Officium. *Ecce Deus.* ℣. *Deus in nomine.* Oratio *Largire.* Epist. *Non simus concupiscentes.* ℟. *Domine, Dominus noster.* ℣. *Quoniam elevata. Alleluia.* ℣. *Propitius.* Evang. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum.* Offert. *Justitiae.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Primum quaerite.* Postcomm. *Sit nobis.*

703. — **Dominica decima.** Offic. *Dum clamarem.* Oratio *Pateant.* Epist. *Scitis quoniam.* ℟. *Custodi. Alleluia.* ℣. *Exsultate.* Evang. *Cum appropinquaret.* Offert. *Ad te Domine.* Secr. *Concede.* Comm. *Acceptabis.* Postcomm. *Tui nobis.*

704. — **Dominica decima prima.** Offic. *Deus in loco.* ℣. *Exsurgat.* Oratio *Deus, qui omnipotentiam.* Epist. *Notum vobis.* ℟. *In Deo speravit.* ℣. *Ad te Domine. Alleluia.* ℣. *Domine Deus.* Evang. *Dixit Jesus ad quosdam.* Offert. *Exaltabo.* Secr. *Tibi Domine.* Comm. *Honora.* Postcomm. *Quaesumus, Domine.*

705. — **Dominica decima secunda.** Offic. *Deus in adjutorium.* . *Avertantur.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Fiduciam.* ℟. *Benedicam.* ℣. *In Domino. Alleluia.* ℣. *Domine, refugium.* Evang. *Exiens Jesus.* Offert. *Precatus.* Secr. *Respice.* Comm. *De fructu.* Postcomm. *Sentiamus.*

706. — **Dominica decima tertia.** — Offic. *Respice.* ℣. *Ut quid Deus.* Oratio *Omnipotens et misericors.* Epist. *Abrahae dictae sunt.* ℟. *Respice. Alleluia.* ℣. *Venite.* Evang. *Beati oculi.* Offert. *In te speravi.* Secr. *Hostias.* Comm. *Panem.* Postcomm. *Vivificet.*

707. — **Dominica decima quarta.** Offic. *Protector.* ℣. *Quam dilecta.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Spiritu ambulate.* ℟. *Bonum est confiteri. Alleluia.* ℣. *Quoniam Deus.* Evang. *Dum iret Jesus.* Offert. *Immittit.* Secr. *Propitiare.* Comm. *Panis.* Postcomm. *Sumptis.*

708. — **Dominica decima quinta.** Offic. *Inclina.* ℣. *Laetifica.* Oratio *Custodi.* Epist. *Si spiritu vivimus.* ℟. *Bonum est confidere.*

Alleluia. ℣. *Timebunt.* Evang. *Nemo potest duobus.* Offert. *Exspectans.* Secr. *Concede.* Comm. *Qui manducat.* Postcomm. *Purificent.*

709. — **Dominica decima sexta.** Offic. *Miserere mihi.* ℣. *Inclina.* Oratio *Ecclesiam.* Epist. *Obsecro vos ne deficiatis.* ℟. *Timebunt. Alleluia.* ℣. *Confitemini.* Evang. *Ibat Jesus.* Offert. *Domine in auxilium.* Secr. *Tua nos.* Comm. *Domine memorabor.* Postcomm. *Mentes nostras.*

710. — **Dominica decima septima.** Offic. *Justus es.* ℣. *Beati immaculati.* Oratio *Tua nos.* Epist. *Obsecro vos ego vinctus.* ℟. *Beata gens. Alleluia.* ℣. *Paratum.* Evang. *Cum intraret Jesus.* Offert. *Oravi Deum.* Secr. *Munda.* Comm. *Vovete.* Postcomm. *Purifica.*

711. — Feria quarta in Jejuniis Quatuor Temporum. Offic. *Exsultate.* ℣. *Buccinate.* Non dicatur *Dominus vobiscum,* sed *Oremus.* Oratio *Misericordiae.* Ad hanc orationem non inclinent, nec prosternant se Fratres, sed stent versis vultibus ad Altare. Lectio *Ecce dies.* ℟. *Beata gens. Dominus vobiscum.* Oratio *Praesta, quaesumus.* Ad hanc orationem prosternant se Fratres, vel inclinent, si festum fuerit. Epist. *Congregatus.* ℟. *Quis sicut.* ℣. *Suscitans.* Evang. *Respondens unus.* Offert. *Meditabor.* Secr. *Haec hostia.* Comm. *Comedite.* Postcomm. *Sumentes.*

712. — Feria sexta. Offic. *Laetetur.* Oratio *Praesta, quaesumus.* Prostrationes non fiant, si festum fuerit. Epist. *Convertere.* ℟. *Convertere Domine.* Evang. *Rogabat Jesum.* Offert. *Benedic.* Secr. *Accepta.* Comm. *Aufer.* Postcomm. *Quaesumus omnipotens.*


861. — **In die:** Offic. *Gaudeamus.* ℣. *Exsultate.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Ecce ego Joannes vidi alterum angelum.* ℟. *Timete. Alleluia.* ℣. *Judicabunt.* Sequentia *Superne.* Evang. *Videns Jesus turbas.* Offert. *Mirabilis.* Secr. *Munera.* Comm. *Gaudete.* Postcomm. *Da quaesumus.*

862. — **In Commemoratione Defunctorum.** Offic. *Requiem.* ℣. *Te decet.* Oratio *Fidelium Deus* sola dicatur. Epist. *Vir fortissimus.* ℟. *Requiem.* ℣. *Animae* hac die a duobus cantetur et Tractus *Absolve* a quattuor binis et binis. Evang. *Amen, amen dico vobis quia venit hora.* Offert. *Domine Jesu Christe.* ℣. *Hostias et preces* Cantores incipiant. Secr. *Hostias.* Comm. *Lux aeterna.* Postcomm. *Animabus.*

863. — **Sanctorum Quattuor Coronatorum Martyrum.** Offic. *Intret.* Oratio *Praesta quaesumus.* Epist. *Reddidit.* ℟. *Vindica. Alleluia.* ℣. *Isti sunt.* Evang. *Cum audieritis.* Offert. *Anima.* Secr. *Benedictio.* Comm. *Posuerunt.* Postcomm. *Caelestibus.*

864. — **Sancti Theodori Martyris.** Offic. *In virtute.* Oratio *Deus qui nos beati.* Epist. *Spectaculum.* ℟. *Domine praevenisti. Alleluia.* ℣. *Iste Sanctus.* Evang. *Nihil opertum.* Offert. *Gloria et honore.* Secr. *Suscipe.* Comm. *Posuisti.* Postcomm. *Praesta nobis.*

865. — **Sancti Martini Episcopi et Confessoris.** Offic. *Statuit.* Oratio *Deus qui conspicis.* Epist. *Ecce Sacerdos.* ℟. *Inveni. Alleluia.* ℣. *Hic Martinus.* Evang. *Sint lumbi.* Offert. *Veritas.* Secr. *Da misericors.* Comm. *Fidelis.* Postcomm. *Praesta quaesumus.*

Eodem die: **Sancti Mennae Martyris.** Oratio *Praesta quaesumus.*

866. — **Sancti Britii Episcopi et Confessoris.** Oratio *Da quaesumus.*

867. — **Sanctae Elisabeth.** Oratio *Tuorum corda.* Secr. *Munera.* Postcomm. *Quaesumus omnipotens Deus.*

868. — **Sanctae Caeciliae Virginis et Martyris.** Offic. *Loquebar.* Oratio *Deus qui nos annua.* Epist. *Domine Deus meus.* ℟. *Audi*

filia. Alleluia. ℣. *Veni electa.* Evang. *Simile est regnum caelorum decem virginibus.* Offert. *Offerentur.* Secr. *Haec hostia.* Comm. *Confundantur.* Postcomm. *Satiasti.*

869. — **Sancti Clementis Papae et Martyris.** Offic. *Dicit Dominus sermones.* ℣. *Domine exaudi, j.* Oratio *Deus qui nos annua.* Epist. *Doctrinis.* ℟. *Juravit. Alleluia.* ℣. *Justus ut palma.* Evang. *Vigilate.* Offert. *Posuisti.* Secr. *Munera.* Comm. *Beatus.* Postcomm. *Corporis.*

870. — **Sancti Chrysogoni Martyris.** Oratio *Adesto.* Secr. *Oblatis.* Postcomm. *Tui perceptione.*

871. — **Sanctae Catharinae Virginis et Martyris.** Offic. *Loquebar.* Oratio *Deus, qui dedisti.* Epist. *Qui gloriatur.* ℟. *Specie tua. Alleluia.* ℣. *Veni electa.* Evang. *Simile est regnum caelorum thesauro.* Offert. *Filiae regum.* Secr. *Hostia.* Comm. *Feci judicium.* Postcomm. *Quaesumus, Domine.*

872. — **Sanctorum Vitalis et Agricolae Martyrum.** Oratio *Da quaesumus.*

873. — **In (*) Communi Unius vel Plurimorum Apostolorum.** Offic. *Mihi autem.* ℣. *Domine probasti.* Epist. *Jam non estis.* Epist. *Scimus quoniam.* ℟. *Nimis.* ℣. *Dinumerabo.* ℟. *Constitues.* ℣. *Pro patribus.* ℟. *In omnem.* ℣. *Caeli. — Alleluia.* ℣. *Nimis. Alleluia.* ℣. *Non vos. Alleluia.* ℣. *Per manus. Alleluia.* ℣. *In omnem.* — Evang. *Hoc est praeceptum.* Evang. *Ego sum vitis.* — Offert. *Mihi autem.* Offert. *Constitues.* Offert. *In omnem.* — Comm. *Amen dico.* Comm. *Vos qui secuti.* Comm. *Ego vos elegi.*

874. — **In Communi Unius Evangelistae.** Epist. *Qui timet. — Alleluia.* ℣. *Primus ad Sion.*

875. — **In Communi Unius Martyris.** Offic. *Laetabitur.* ℣. *Exaudi Deus orationem.* Offic. *In virtute.* ℣. *Quoniam praevenisti.* — Epist. *Beatus vir qui in sapientia.* Epist. *Beatus homo qui invenit.* Epist. *Beatus vir qui inventus.* — ℟. *Posuisti.* ℣. *Desiderium.* ℟. *Beatus vir.* ℣. *Potens.* ℟. *Justus ut palma.* ℣. *Ad annuntiandum.* ℟. *Justus non conturbabitur.* ℣. *Tota die. — Alleluia.*

(*) Columna LXXI.

℣. *Beatus.* *Alleluia.* ℣. *Posuisti.* *Alleluia.* ℣. *Justus ut palma.* *Alleluia.* ℣. *Laetabitur.* *Alleluia.* ℣. *Justus non conturbabitur.* *Alleluia.* ℣. *Iste sanctus.* — Evang. *Si quis vult post me venire.* Evang. *Nisi granum.* — Offert. *Gloria et honore.* Offert. *Justus ut palma.* Offert. *In virtute.* Offert. *Posuisti.* — Comm. *Magna.* Comm. *Posuisti.* Comm. *Qui vult.*

876. — **In Communi Plurimorum Martyrum.** Offic. *Intret.* ℣. *Deus venerunt.* Offic. *Sapientiam.* ℣. *Exultate justi.* Offic. *Salus autem.* ℣. *Noli aemulari.* Offic. *Justi epulentur.* ℣. *Exurgat Deus.* — Epist. *Justi in perpetuum.* Epist. *Reddidit.* Epist. *Lingua sapientiae.* Epist. *Justorum.* Epist. *Sancti per fidem.* Epist. *Expectatio justorum.* — ℟. *Anima.* ℣. *Laquaeus.* ℟. *Gloriosus.* ℣. *Dextera,* ℟. *Justorum.* ℣. *Visi sunt.* ℟. *Vindica.* ℣. *Posuerunt.* ℟. *Ecce quam bonum.* ℣. *Sicut unguentum.* ℟. *Exultabunt.* ℣. *Cantate.* ℟. *Timete.* ℣. *Inquirentes.* — *Alleluia.* ℣. *Sancti et justi.* *Alleluia.* ℣. *Te martyrum.* *Alleluia.* ℣. *Isti sunt.* *Alleluia.* ℣. *Mirabilis.* *Alleluia.* ℣. *Iusti epulentur.* *Alleluia.* ℣. *Fulgebunt.* *Alleluia.* ℣. *Iudicabunt.* *Alleluia.* ℣. *Sancti tui.* — Evang. *Cum audieritis.* Evang. *Descendens Jesus de monte.* Evang. *Videns Jesus turbas.* Evang. *Attendite a fermento.* — Offert. *Anima nostra.* Offert. *Laetamini.* Offert. *Mirabilis.* Offert. *Exultabunt.* Offert. *Gloriabuntur.* — Comm. *Gaudete.* Comm. *Justorum.* Comm. *Posuerunt.* Comm. *Amen dico vobis.* Comm. *Dico autem.*

877. — **In Communi Unius Confessoris** Offic. *Statuit.* ℣. *Misericordias.* Offic. *Sacerdotes tui.* ℣. *Memento.* Offic. *Sacerdotes Dei.* ℣. *Benedicite.* Offic. *Sacerdotes ejus.* ℣. *Memento.* Offic. *Os justi.* ℣. *Noli aemulari.* — Epist. *Dilectus.* Epist. *Ecce Sacerdos.* Epist. *Optavi.* Epist. *Justum deduxit.* Epist. *Doctrinis.* — ℟. *Ecce sacerdos.* ℣. *Non est.* ℟. *Juravit.* ℣. *Dixit Dominus.* ℟. *Inveni.* ℣. *Nihil.* ℟. *Sacerdotes.* ℣. *Illuc.* ℟. *Domine praevenisti.* ℣. *Vitam.* ℟. *Os justi.* ℣. *Lex Dei.* — *Alleluia.* ℣. *Posui adjutorium.* *Alleluia.* ℣. *Inveni.* *Alleluia.* ℣. *Disposui.* *Alleluia.* ℣. *Juravit.* *Alleluia.* ℣. *Justus germinabit.* *Alleluia.* ℣. *Os justi.* *Alleluia.* ℣. *Amavit.* — Evang. *Sint lumbi.* Evang. *Vigilate.* Evang. *Homo quidam peregre.* Evang. *Homo quidam nobilis.* Evang. *Nemo accendit.* —

Offert. *Inveni.* Offert. *Veritas.* Offert. *Desiderium.* — Comm. *Beatus servus.* Comm. *Domine quinque.* Comm. *Fidelis.* Comm. *Semel.*

878. — **In Communi Unius Virginis.** Offic. *Gaudeamus.* ℣. *Eructavit.* Offic. *Dilexisti.* ℣. *Eructavit.* Offic. *Loquebar.* ℣. *Beati immaculati.* Offic. *Vultum.* ℣. *Eructavit.* — Epist. *Confitebor.* Epist. *Qui gloriatur.* Epist. *Sapientia vincit.* — ℟. *Dilexisti.* ℣. *Propterea.* . *Specie.* ℣. *Propter veritatem.* ℟. *Adjuvabit.* ℣. *Fluminis.* ℟. *Audi Filia.* ℣. *Specie.* ℟. *Propter veritatem.* ℣. *Audi.* — *Alleluia.* ℣. *Aemulor. Alleluia.* ℣. *Specie. Alleluia.* ℣. *Haec est virgo. Alleluia.* ℟. *Diffusa. Alleluia.* ℣. *Veni electa. Alleluia.* ℣. *Adducentur.* — Evang. *Simile est regnum caelorum thesauro.* Evang. *Simile est regnum caelorum virginibus.* — Offert. *Offerentur.* Offert. *Filiae.* Offert. *Diffusa.* — Comm. *Simile.* Comm. *Diffusa.* Comm. *Feci judicium.* Comm. *Quinque.* Comm. *Confundantur.*

879. — **De Trinitate.** Offic. *Benedicta.* ℣. *Benedicamus.* Oratio *Omnipotens sempiterne.* Epist. *Gaudete.* ℟. *Benedictus.* ℣. *Benedicite. Alleluia.* ℣. *Benedictus.* Evang. *Cum venerit.* Offert. *Benedictus sit.* Secr. *Sanctifica.* Comm. *Benedicimus.* Postcomm. *Proficiat.*

880. — **De Sancto Spiritu.** Offic. *Spiritus Domini.* ℣. *Confirma.* Oratio *Deus qui corda.* Epist. *Cum audissent.* ℟. *Beata gens.* ℣. *Verbo. Alleluia.* ℣. *Veni.* Evang. *Si quis diligit.* Offert. *Confirma.* Secr. *Munera.* Comm. *Factus.* Postcomm. *Sancti Spiritus.*

Infra Septuagesimam: Offic. *Dum sanctificatus.* Cetera ut supra sine *Alleluia.*

881. — **De Sancta Cruce.** Offic. *Nos autem.* ℣. *Deus miseratur.* Oratio *Deus qui unigeniti.* Epist. *Christus factus.* ℟. *Christus factus.* ℣. *Propter quod. Alleluia.* ℣. *Dulce lignum.* Evang. *Ascendens Jesus Jerosolymam.* Offert. *Protege.* Secr. *Haec oblatio.* Comm. *Per lignum.* Postcomm. *Adesto.*

Tempore Resurrectionis: Oratio *Deus qui pro nobis. Alleluia.* ℣. *Dulce lignum.* Secr. *Purifica.* Postcomm. *Largire.* Cetera non mutantur, nisi quod dicuntur cum *Alleluia.*

882. — **In Commemoratione Beatae Virginis.** — In Adventu: Offic. *Rorate.* ℣. *Et justitia.* Non dicatur *Gloria in excelsis.* Oratio *Deus, qui de Beatae.* Epist. *Locutus est Dominus ad Achaz.* ℟. *In sole.* ℣. *A Summo. Alleluia.* ℣. *Virga.* Evang. *Missus est.* Offert. *Ave Maria.* Secr. *In mentibus.* Comm. *Ecce virgo.* Postcomm. *Gratiam.*

883. — A Nativitate Domini usque ad Purificationem: Offic. *Salve.* ℣. *Post partum.* Oratio *Deus, qui salutis.* Epist. *Ab initio.* ℟. *Benedicta.* ℣. *Virgo. Alleluia.* ℣. *Virga.* Si Septuagesima intervenerit, Tractus *Gaude Maria.* Evang. *Loquente Jesu.* Offert. *Felix.* Secr. *Muneribus.* Comm. *Beata viscera.* Postcomm. *Haec nos communio.*

884. — A Purificatione usque ad Adventum: Offic. *Salve.* Oratio *Concede.* Epist. *Ab initio.* ℟. *Benedicta. Alleluia.* ℣. *Virga.* Infra Septuagesimam Tractus *Gaude Maria.* Tempore Resurrectionis primum *Alleluia.* ℣. *Virga*; secundum *Alleluia.* ℣. *Surrexit Dominus et occurrens.* Tempore Ascensionis secundum *Alleluia.* ℣. *Ascendens Christus.* Evang. *Loquente Jesu.* Offert. *Recordare.* Secr. *Tua.* Comm. *Ave Regina.* Postcomm. *Sumptis.*

885. — **De omnibus Sanctis.** Oratio *Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut intercessio.* Secr. *Oblatis.* Postcomm. *Sumpsimus.* — Alia Oratio *A cunctis.* Secr. *Exaudi.* Postcomm. *Mundet.*

886. — **Pro** (*) **quacumque necessitate** Offic. *Salus populi.* ℣. *Attendite.* Oratio *Ineffabilem.* Epist. *Si iniquitates nostrae.* ℟. *Liberasti.* ℣. *In Deo. Alleluia.* ℣. *Propitius.* Evang. *Habete.* Offert. *Si ambulavero.* Secr. *Purificet.* Comm. *Memento.* Postcomm. *Praesta, quaesumus.*

887. — **Pro Domino Papa.** Oratio *Deus omnium.* Secr. *Oblatis.* Postcomm. *Haec nos.*

888. — **Pro tribulatione Ecclesiae.** Oratio *Ecclesiae.* Secr. *Protege.* Postcomm. *Quaesumus Domine.*

889. — **Pro peccatis.** Oratio *Exaudi.* Secr. *Hostias.* Postcomm. *Praesta nobis.*

(*) Columna LXXII.

890. — **Pro Praedicatoribus.** Oratio *Corda famulorum.* Secr. *Famulis.* Postcomm. *Conserva.*

891. — **Pro familiaribus.** Oratio *Deus, qui caritatis.* Secr. *Miserere.* Postcomm. *Divina.* — Item, pro familiaribus: Oratio *Praetende.* Secr. *Propitiare.* Postcomm. *Da famulis.*

892. — **Pro pace.** Oratio *Deus, a quo.* Secr. *Deus, qui credentes.* Postcomm. *Deus auctor.*

893. — **Pro iter agentibus.** Oratio *Adesto.* Secr. *Propitiare.* Postcomm. *Sumpta.*

894. — **Pro Infirmis.** Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, salus.* Secr. *Deus, cujus nutibus.* Postcomm. *Deus, infirmitatis.*

895. — **Ad pluviam postulandam.** Oratio *Deus in quo.* Secr. *Oblatis.* Postcomm. *Tuere.*

896. — **Pro serenitate.** Oratio *Ad te, Domine.* Secr. *Praeveniat.* Postcomm. *Quaesumus, omnipotens.*

897. — **Pro Rege.** Oratio *Quaesumus, omnipotens Deus.* Secr. *Munera.* Postcomm. *Haec, Domine.*

898. — **Pro Praelatis et Congregationibus.** Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, qui facis.* Secr. *Hostias.* Postcomm. *Quos caelesti.*

899. — **Pro tentatis et tribulatis.** Oratio *Deus, qui justificas.* Secr. *Hujus.* Postcomm. *Purificent.*

900. — **Ad invocandam gratiam Spiritus Sancti.** Oratio *Deus, cui omne.* Secr. *Haec oblatio.* Postcomm. *Concede.*

901. — **Contra tentationes carnis.** Oratio *Ure.* Secr. *Dirumpe.* Postcomm. *Domine, adjutor.*

902. — **Pro Defunctis.** Offic. *Requiem.* ℣. *Te decet.* ℟. *Requiem.* ℣. *Animae.* Tractus *Absolve.* Praedictum Responsorium et Tractus dicantur quando pro pluribus celebratur. In tribus autem Anniversariis Ordinis Responsorium a duobus et Tractus a quatuor cantetur binis et binis. Idem fiat de Responsorio et Tractu sequenti, quando pro Fratre defuncto solemniter celebratur. — Quando pro uno celebratur: ℟. *Si ambulem.* ℣. *Virga.* Tractus *Sicut cervus.* — Offert. *Domine Jesu Christe.* Cantor incipiat ℣. *Hostias.* Comm. *Lux aeterna.*

903. — **Orationes pro Defunctis.** — Pro Episcopo: Oratio *Deus, qui inter apostolicos.* Secr. *Suscipe.* Postcomm. *Propitiare.*

Pro viro: Oratio *Inclina.* Secr. *Annue.* Postcomm. *Absolve.*

Pro Foemina: Oratio *Quaesumus, Domine.* Secr. *His sacrificiis.* Postcomm. *Inveniat.*

In omni Anniversario: Oratio *Deus indulgentiarum.* Secr. *Propitiare.* Postcomm. *Praesta, quaesumus.*

Pro Fratribus, Familiaribus et Benefactoribus: Oratio *Deus veniae.* Secr. *Deus cujus.* Postcomm. *Praesta, quaesumus, misericors.*

Pro Parentibus: Oratio *Deus, qui nos patrem.* Secr. *Suscipe.* Postcomm. *Caelestis.*

Pro Familiaribus: Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, cui nunquam.* Secr. *Propitiare.* Postcomm. *Praesta, quaesumus.*

Pro His, qui in Coemeterio requiescunt: Oratio *Deus, cujus miseratione.* Secr. *Pro animabus.* Postcomm. *Deus, fidelium.*

Pro cunctis fidelibus defunctis: Oratio *Fidelium.* Secr. *Hostias.* Postcomm. *Animabus.*

Pro vivis et pro defunctis communis: Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum.* Secr. *Deus cui soli.* Postcomm. *Purificent.* — Item, alia communis: Oratio *Pietate.* Secr. *Deus, qui singulari.* Postcomm. *Sumpta.*

904. — **In quotidianis Missis Defunctorum** sive pro uno sive pro pluribus celebretur: Epist. *Audivi vocem.* Evang. *Amen, amen dico vobis: nisi manducaveritis.*

905. — **Pro praesenti Defuncto tantum**: Epist. *Nolumus.* Evang. *Dixit Martha.*

906. — **In omni Anniversario.** Epist. *Vir fortissimus.* Evang. *Amen, amen dico vobis, quia venit hora.*

907. — **In Commemoratione Beatae Virginis in Sabbatis.** — In Adventu Domini: Sequentia *Verbum bonum.*

A Nativitate Domini usque ad Purificationem: Sequentia *Laetabundus.* — Si inter Purificationem et Septuagesimam Sabbatum unum vel plura fuerint, in quibus de Beata Virgine celebretur, cantetur de Sequentiis quae a festo Trinitatis usque ad Adventum positae sunt.

Tempore Paschali: Sequentia *Virgini Mariae.*

A festo Trinitatis usque ad Adventum cantentur Sequentiae

infra notatae ad libitum: Sequentia *Hodiernae.* — Sequentia *Ave mundi.* — Sequentia *Jubilemus.* — Sequentia *Tibi cordis.* — Sequentia *Stella maris.* — Sequentia *Ave Virgo virginum.* — Sequentia *Mater Patris.* — Sequentia *Salve, sancta Christi Parens.* — Sequentia *Ave Virgo gratiosa.* — Sequentia *Ave Virgo gloriosa.* — Sequentia *Salvatoris.*

APPENDIX

I.

Ex Libro cui titulus
" MARTYROLOGIUM „

DE OFFICIO LEGENDI DE CALENDARIO ET LUNA ET MARTYROLOGIO ET ALIIS HIS ANNEXIS.

1. — Dum dicitur Psalmus *Laudate Dominum de caelis* in Matutinis, accedat qui lecturus est Calendas ad Praelatum, dicens ei summisse: " *Capitulum?* „ qui, si dixerit: " *Non* „ legendae erunt Calendae in Choro, finitis Matutinis; si autem dixerit: " *Post Primam* „ tunc reservandae sunt usque ad Primam; si autem dixerit: " *Sic* „ legendae erunt in Capitulo post Matutinas.

2. — Cum ergo legendae erunt in Capitulo post Matutinas, debet cum incipitur *Benedictus* pulsare Capitulum tam prolixe, quod Fratres possint commode advertere quod ad Capitulum pulsetur. Qui modus pulsandi semper est servandus in convocatione Capituli. Debet autem lumen in Capitulo tam diligenter parare, quod durante Capitulo non oporteat circa idem iterum aliquem occupari. Debet etiam providere ne virgae pro disciplinis desint.

3. — Parato autem libro et lumine pro se ad legendum et tabula pro tempore et aliis pertinentibus ad officium suum, stans ante pulpitum in quo debet legere, dum intrat Conventus in Capitulum, divertat aliquantulum transeunte Praelato ob reverentiam ejus. Deinde rediens ad locum illum, cum Conventus intraverit, incipiat legere in voce mediocri quae legenda fuerint, secundum modum infrascriptum. Perlectis autem omnibus, et clauso libro, et aliis faciendis breviter expeditis, vadat ad locum suum, finito Capitulo reportaturus quae fuerint alibi reportanda.

4. — Cum autem reservantur usque post Primam, dum dicitur ultimus psalmus in Prima, accedat, qui legere debet, ad Praelatum,

interrogans eum ut supra. Et si dixerit " *Sic* „ tunc cito pulsetur ad Capitulum ante terminationem Horae, et omnia faciat ut supra, praeterquam de luminibus, si sit tanta dies quod non sit lumen necessarium. Si autem dixerit " *Non* „ legendae sunt in Choro. Cum autem in Choro leguntur, sive post Matutinas sive post Primam, non pulsatur Capitulum, sed alia fiunt modo supradicto, prout competunt.

5. — De supradictis autem legendum est sic:

Decimonono Calendas vel *Sextodecimo Calendas,* vel *Pridie Calendas,* vel *Calendis Januarii,* vel *Quarto Nonas*, vel *Pridie Nonas*, vel *Nonis Januarii*, vel *Octavo Idus,* vel *Pridie Idus,* vel *Idibus Januarii; luna prima,* vel *luna sextadecima*, vel *decimaseptima*, vel *vicesima*, vel *vicesima prima,* vel *vicesima nona,* vel *tricesima. Romae, via Appia, natalis Sancti talis* et cetera. *Et aliorum plurimorum Sanctorum Martyrum*, *Confessorum atque Virginum.* Haec autem clausula semper addatur in fine lectionis de Martyrologio.

Deinde dicta oratione: *Dirigere et sanctificare* etc., sequitur: *Jube Domne.* Data autem benedictione, sequitur lectio de Constitutionibus, vel de Evangelio sic: *Secundum Matthaeum*, vel *secundum Marcum*, vel *secundum Lucam,* vel *secundum Joannem.* Et legatur de Evangelio totum illud quod infra scriptum est in hoc libro. In fine vero lectionis tam de Evangelio quam de Constitutionibus dicatur semper: *Tu autem.*

6. — De Evangelio autem legendum est omnibus diebus Dominicis, et festis simplicibus et supra. Item in vigilia Nativitatis Domini Evangelium de vigilia, sive fuerit in Dominica sive non. Et in omni vigilia quae proprium habet officium in Missa, si in Dominica evenerit, Evangelium de ipsa vigilia legendum est; praeterquam in vigilia Beati Andreae cum in prima Dominica Adventus evenerit, quia tunc Evangelium de Dominica est legendum. Item in crastino Sancti Thomae Martyris. Item feria quarta in Capite Jejunii, et in Coena Domini. Item in vigilia Paschae, et quotidie per octavas Paschae et Pentecostes. Item in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. Ceteris vero diebus legendum est de Constitutionibus.

In varietatibus autem quae occurrunt in hujusmodi lectionibus servandus est modus qui in lectionario est notatus.

7. — Dicto igitur *Tu autem* et facta responsione, sequitur: *Commemoratio Fratrum, Familiarium, Benefactorum defunctorum Ordinis nostri.*

Si vero recitandus fuerit Obitus alicujus, vel Anniversarium aliquod fuerit in crastino, tunc, antequam dicatur *Commemoratio* dicendum est *Obiit talis* vel *Anniversarium Patrum et Matrum.*

8. — Si vero tabula legenda fuerit, legatur ante recitationem Obitus vel Anniversarii et antequam dicatur *Commemoratio.*


Solet autem tabula pro septimana semper legi cum calendis, tabula vero pro diebus aliis in mensa, vel in Choro post gratiarum actiones, dicto *Fidelium animae et Pater noster* et Fratribus sedentibus in locis suis.


DE MODO SCRIBENDI ET LEGENDI TABULAM (*).

9. — **In Dominicis diebus ab Adventu Domini usque ad Pascha, et a Festo Trinitatis usque ad Adventum, formetur sic:**

Dominica tali:	Hebdomadarius Frater Petrus;
Diaconus	Frater Alexander:
Subdiaconus	Frater Joannes.
Acolythi	Frater talis et Frater talis;
Ad Thuribulum	Frater talis:
Responsoria Horarum	Frater talis.
Invitatorium:	Frater talis et Frater talis.
Lectionem primam	Frater talis;
Secundam	Frater talis:
Tertiam	Frater talis.

(*) Juxta Prototypum nostrae Liturgiae, tabula Officiorum semper cantari debet; propter hoc in ipso Prototypo exempla inveniuntur (vide reproductionem in sequenti pagina) cum notulis scripta et signa determinantia ubi in isto cantu flexio, vel mediatio, vel finalis facienda est. Hic ad flexionem indicandam signum (;) ponimus, ad mediationem vero signum (:), ad finalem tandem signum (.).





Cantus pro officiorum tabula ex Prototypos excerptus.

Quartam	Frater talis;
Quintam	Frater talis:
Sextam	Frater talis.
Septimam	Frater talis;
Octavam	Frater talis:
Nonam	Hebdomadarius.
Responsorium primum	Frater talis;
Secundum	Frater talis:
Tertium	Frater talis.
Quartum	Frater talis;
Quintum	Frater talis:
Sextum	Frater talis.
Septimum	Frater talis;
Octavum	Frater talis:
Nonum	Frater talis.
Ad primam mensam Servitor	Frater talis;
Ad secundam	Frater talis:
Lectionem mensae	Frater talis.
Calendas	Frater talis;
Missam pro Defunctis	Frater talis:
Adjutor ejus	Frater talis.

Post Fratrem, qui scriptus est ad responsoria Horarum, Dominica in Ramis Palmarum scribantur alii duo, unus ad Crucem et alius ad aquam benedictam, hoc modo:

Ad Crucem in Processione	Frater talis:
Ad aquam benedictam	Frater talis.

Et pronuntientur sub uno versu.

Post ista possunt scribi alia quae interdum pro aliquibus aliis officiis scribi oportet.

10. — **In Paschali autem Tempore, sic:**

Dominica tali etc.

Lectionem primam	Diaconus;
Secundam	Frater talis:
Tertiam	Hebdomadarius.

Responsorium primum	Frater talis;
Secundum	Frater talis:
Tertium	Frater talis.
Feria secunda et quinta Lectionem primam	Frater talis;
Secundam	Frater talis:
Tertiam	Frater talis.
Responsorium primum	Frater talis;
Secundum	Frater Talis:
Tertium	Frater Talis.
Feria tertia et Sexta Lectionem primam	Frater talis;
Secundam	Frater talis:
Tertiam	Frater talis.
Responsorium primum	Frater talis;
Secundum	Frater talis:
Tertium	Frater talis.

Feria quarta et Sabbato: Lectiones et Responsoria qui in die Dominico.

Alia omnia scribantur sicut in aliis diebus Dominicis.

11. — **Modus scribendi et pronuntiandi Dominicas in tabula pro septimana talis est:**

Dominica prima in Adventu Domini.
Dominica secunda in Adventu Domini.
Dominica tertia in Adventu Domini.
Dominica quarta in Adventu Domini.
Dominica in Nativitate Domini *vel*
Dominica infra octavam Nativitatis Domini *vel*
Dominica in octava Nativitatis Domini.
Dominica post octavam Nativitatis Domini *vel*
Dominica in Epiphania Domini *vel*
Dominica infra octavam Epiphaniae.
Dominica prima post octavam Epiphaniae.
Dominica secunda. *Et sic deinceps usque ad Septuagesimam, semper addendo:* Post octavam Epiphaniae.
Dominica in Septuagesima.

Dominica in Sexagesima.
Dominica in Quinquagesima.
Dominica prima in Quadragesima.
Dominica secunda in Quadragesima.
Dominica tertia in Quadragesima.
Dominica quarta in Quadragesima.
Dominica in Passione.
Dominica in Ramis Palmarum.
In hebdomada Paschae, Hebdomadarius.
Dominica in octava Paschae.
Dominica prima post octavam Paschae.
Dominica secunda post octavam Paschae.
Dominica tertia post octavam Paschae.
Dominica quarta post octavam Paschae.
Dominica infra octavam Ascensionis.
In hebdomada Pentecostes, Hebdomadarius.
In hebdomada Trinitatis, Hebdomadarius.
Dominica prima post festum Trinitatis.
Dominica secunda. *Et sic deinceps usque ad Adventum, semper addendo:* Post festum Trinitatis.

12. — In festis totis duplicibus, sic:

In festo tali Officium	Talis;
Diaconus	Frater Talis:
Subdiaconus	Frater Talis.
Ad Crucem	Frater Talis:
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis.
Ad Thuribulum	Frater Talis:
Responsoria Horarum	Frater Talis et Frater Talis.
Invitatorium	Frater Talis et Frater Talis:
	Frater Talis et Frater Talis.
Lectionem primam	Frater Talis;
Secundam	Frater Talis:
Tertiam	Frater Talis.

Quartam	Frater Talis:
Quintam	Frater Talis:
Sextam	Frater Talis.
Septimam	Diaconus;
Octavam	Frater Talis:
Nonam	Talis.
Responsorium primum	Frater Talis et Frater Talis;
Secundum	Frater Talis et Frater Talis:
Tertium	Frater Talis et Frater Talis.
Quartum	Frater Talis et Frater Talis;
Quintum	Frater Talis et Frater Talis:
Sextum	Frater Talis et Frater Talis.
Septimum	Frater Talis et Frater Talis;
Octavum	Frater Talis et Frater Talis:
Nonum	Qui Invitatorium.

Vel ad Nonum Responsorium poterunt scribi quatuor sicut scriptori tabulae visum fuerit.

Cetera non mutantur.

Post Fratres qui scripti sunt ad Responsoria Horarum, in festis in quibus facienda est Processio, scribatur aliquis Frater ad aquam benedictam, sic:

Ad aquam benedictam in Processione   Frater Talis.

et pronuntietur cum duobus praecedentibus sub uno versu.

13. — **In praedictis festis Tempore Paschali, sic:**

In festo tali, etc.

Lectionem primam	Diaconus;
Secundam	Frater Talis:
Tertiam	Talis.
Responsorium primum	Frater Talis et Frater Talis;
Secundum	Frater Talis et Frater Talis:
Tertium	Qui Invitatorium.

Vel alii quatuor ut supra notatum est.

Cetera non mutantur.

Alia omnia scribantur ut supra.

14. — **In duplicibus** idem modus servabitur, excepto quod Frater ad Crucem non scribetur et Acolythi cum duobus subsequentibus sub uno versu pronuntiabuntur.

15. — **In Nativitate Domini** post illa quae communiter in festis totis duplicibus notari solent, notanda sunt alia in tabula ante illud *Cetera non mutantur,* hoc modo.

Ad Evangelium “*Liber generationis*„ Diaconus	Frater Talis;
Subdiaconus	Frater Talis:
Ad Crucem	Frater Talis.
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis:
Ad Thuribulum	Frater Talis.
Ad primam Missam Sacerdos	Frater Talis;
Diaconus	Frater Talis:
Subdiaconus	Frater Talis.
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis:
Ad Thuribulum	Frater Talis.

Ad secundam Missam idem modus servetur.

16. — **In Epiphania** notandus est Diaconus ad Evangelium “*Factum est*„ cum suis Ministris sicut supra ad Evangelium “*Liber generationis*„. Ipso vero die Fratres ad Invitatorium non scribuntur, sed quatuor Fratres ad Nonum Responsorium.

17. — **Modus scribendi et pronuntiandi festa tota duplicia et duplicia per totum annum talis est:**

In Nativitate Domini et duobus diebus sequentibus.	Officium, etc.
In Circumcisione Domini.	Officium, etc.
In Epiphania Domini.	Officium, etc.

In festo Purificationis.	Officium, etc.
In Annuntiatione Domini.	Officium, etc.
In die sancto Paschae et duobus sequentibus.	Officium, etc.
In festo Beati Petri Martyris.	Officium, etc.
In translatione Beati Dominici.	Officium, etc.
In Ascensione Domini.	Officium, etc.
In die Pentecostes et duobus sequentibus.	Officium, etc.
In festo Sanctae Trinitatis.	Officium, etc.
In Nativitate Beati Joannis Baptistae.	Officium, etc.
In festo Apostolorum Petri et Pauli.	Officium, etc.
In festo Beati Dominici.	Officium, etc.
In Assumptione Beatae Mariae Virginis.	Officium, etc.
In festo Beati Augustini.	Officium, etc.
In Nativitate Beatae Mariae Virginis.	Officium, etc.
In festo Beati Michaelis.	Officium, etc.
In festivitate Omnium Sanctorum.	Officium, etc.
In commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.	Officium, etc.
In festo Dedicationis Ecclesiae.	Officium, etc.

18. — Illa quae agenda sunt in Coena Domini, et in die Parasceves et Sabbato Sancto in Officio nocturno et diurno, et in Vigilia Pentecostes et Sabbatis Quatuor Temporum in Missa, possunt injungi a Cantore, vel scribantur in tabula, prout Cantori de consilio Praelati visum fuerit.

Cum autem scribentur, scribantur hoc modo:

19. —

Feria quinta in Caena Domini,	Officium Talis;
Diaconus	Frater Talis:
Subdiaconus	Frater Talis.
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis:
Ad Thuribulum	Frater Talis.
Lamentationem primam	Frater Talis;
Secundam	Frater Talis:
Tertiam	Frater Talis.

Lectiones sequentes et Responsoria notentur sicut in Dominicis.

Kyrie cum versiculis	Frater Talis et Frater Talis:
Domine miserere	Frater Talis et Frater Talis.

Post coenam ad Altaria abluenda, Officium	Talis;
Diaconus	Frater Talis:
Subdiaconus	Frater Talis.
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis;
Situlam cum aqua	Frater Talis:
Scopam et linteum	Frater Talis.
Ad Mandatum peragendum, Officium	Talis:
Adjutores ejus	Frater Talis et Frater Talis.
Ad ablutionem vero pedum ipsorum	Talis:
Adjutores ejus	Frater Talis et Frater Talis.

Ubi propter multitudinem Fratrum plures scribendi fuerint, scribantur sic:

Ad Mandatum peragendum in Choro dextro,	Talis:
Adjutores ejus	Frater Talis et Frater Talis.
In Sinistro	Talis:
Adjutores ejus	Frater Talis et Frater Talis.

Quod, si adhuc plures necessarii fuerint, eodem modo scribantur, ita quod cuilibet eorum qui pedes laverint duo adjutores deputentur.

Ad Sermonem Dominicum Diaconus	Frater Talis
Subdiaconus	Frater Talis;
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis:
Ad Thuribulum	Frater Talis.

Cetera non mutantur.

20. —

Feria sexta in Parasceve, Officium	Talis;
Diaconus	Frater Talis:
Subdiaconus	Frater Talis.
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis;
Popule meus	Frater Talis et Frater Talis:
Agios	Frater Talis et Frater Talis.

Ad Matutinas scribantur omnia sicut supra in Coena Domini.

21. — **Sabbato Sancto,** Officium	Talis;
Diaconus	Frater Talis:
Subdiaconus	Frater Talis.
Acolythi	Frater Talis et Frater Talis;
Ad Thuribulum	Frater Talis:
Benedictionem Cerei	Frater Talis.

Ad Matutinas scribantur omnia sicut supra in Coena Domini.

Lectionem primam in Missa	Frater Talis
Secundam	Frater Talis;
Tertiam	Frater Talis:
Quartam	Frater Talis.
Litaniam	Frater Talis et Frater Talis.

Ordo Fratrum hac die et in Vigilia Pentecostes lectiones ad Missam legentium, inchoetur a Superioribus. In Jejuniis vero Quatuor Temporum inchoetur ab Inferioribus.

22. — **In Vigilia Pentecostes** ad Lectiones in Missa et Litaniam scribantur Fratres sicut in Sabbato Sancto praenotatum est.

23. — **In Sabbatis vero Quatuor Temporum** scribantur sic:

Lectionem primam in Missa	Frater Talis;
Secundam	Frater Talis:
Tertiam	Frater Talis.
Quartam	Frater Talis;
Quintam	Frater Talis:
Hymnum	Frater Talis et Frater Talis.

24. — Quando occurrerit legenda una Prophetia cum Epistola, non oportet scribi aliquem ad illam; sed unus Acolythorum, cui Cantor injunxerit, legat eam.

25. — Sciendum quod ubi propter paucitatem Fratrum ad omnia supradicta non possunt commode multi Fratres haberi, poterit Cantor ad cujus officium pertinet tabulam notare, eosdem Fratres ad diversa scribere officia, quorum unum non impediat aliud, vel potest dimitti

de praedicta numerositate seu solemnitate, prout visum fuerit expedire.

26. — Officium autem Hebdomadarii et ceterorum Officialium, qui in tabula sunt notati, incipit in Sabbato in Vesperis, et terminatur sequenti Sabbato in Nona, praeterquam in Quadragesima: tunc enim Sacerdos hebdomadarius praecedentis septimanae in Sabbato benedicit mensam, et dicit gratiarum actiones, et Lector mensae et Servitores officium suum faciunt in refectorio ad prandium ipso die.

27. — Item notandum quod duorum Fratrum, qui scripti sunt ad Invitatorium, ille qui est ex Choro Hebdomadarii, debet illud dicere per hebdomadam. Quando vero quatuor ad Invitatorium sunt scribendi, provideat Cantor quod illi duo primo simul scribantur, qui primum versum psalmi *Venite* dicere debuerint.

28. — Fratres vero, qui notati sunt in Dominicis extra Tempus Paschale ad Lectiones et Responsoria, debent infra hebdomadam legere lectiones et cantare responsoria hoc ordine: feria secunda et quinta, primi tres; feria tertia et sexta, secundi tres; feria quarta et Sabbato, tres ultimi. Quod si homilia infra hebdomadam legenda fuerit in quacumque feria, legatur a Diacono; post Diaconum vero legant qui notati sunt ad octavam et nonam lectionem. Ordo tamen dicentium responsoria propter hoc non mutetur.

In festis autem simplicibus, quae infra hebdomadam extra Paschale Tempus evenerint, legant et cantent sicut in Dominica sunt notati.

Idem servetur in semiduplicibus, in quibus tamen provideat Cantor de tribus qui tertium, sextum et nonum responsorium cantent cum illis qui ad ipsa per hebdomadam sunt notati.

Tempore vero Paschali legant et cantent sicut per ferias notati fuerint, ita tamen quod in semiduplicibus provideatur de uno propter tertium responsorium sicut praedictum est.

29. — In notando autem Fratres ad Lectiones et Responsoria semper est a minoribus inchoandum, et gradatim procedendum ad majores, ita tamen quod ad septimam lectionem notetur Diaconus hebdomadarius et ad nonam Sacerdos hebdomadarius, vel qui facit Officium; praeterquam in festo Omnium Sanctorum, in quo tam in lectionibus quam in responsoriis est e converso faciendum, ita tamen quod qui facit Officium notetur ad nonam lectionem, et quatuor de majoribus ad nonum responsorium.

30. — Quando Hebdomadarius lecturus est lectionem, det benedictionem qui immediate est supra eum in Choro post Praelatum. Quod si superiorem in Choro non habuerit, det qui immediate est infra eum.

31. — Duorum Acolythorum, ille qui primus est scriptus, ministret primis tribus diebus, alius vero aliis tribus, ita tamen quod ad praeparandum Altare et Ministros alios, mutuo se juvent.

32. — Frater vero qui notatus est ad Responsoria Horarum, dicere debet versiculos in Vesperis et in nocturnis, et in Laudibus, et in vigiliis Mortuorum in nocturnis. Debet etiam dicere *Benedicamus Domino* in Vesperis et in Laudibus. Praedicta etiam dici debent in duplicibus et totis duplicibus ab illis qui ad praedicta responsoria sunt notati.

33. — Quandocumque duo Fratres notati sunt pariter ad aliquod Officium, si commode fieri potest, unus ex uno Choro et alius ex alio assumatur.

II.

Ex libro cui titulus "MISSALE CONVENTUALE"

DE OFFICIO MINISTRORUM ALTARIS ET DE SACRA COMMUNIONE.

34. — Quando Missa in Conventu fuerit celebranda, Ministri Altaris, audito signo, se praeparare non differant. Et in primis Acolythi superpelliceis induti, vel albis in duplicibus et totis duplicibus, alios ministros iuvent. Nihilominus tamen Subdiaconus et Diaconus iuvent se mutuo et ambo Sacerdotem. In hujusmodi autem praeparatione semper sunt deponenda caputia a ministrantibus in Conventu, nisi forsan interdum propter frigus retineant. Et tunc sic aptanda sunt sub vestibus ecclesiasticis ne gibbus aliquis notabilis unquam appareat in humeris Fratrum.

35. — Postmodum Acolythi Altare preparent mappas et pallam explicando et unum pulvinar ad missale mappula coopertum in dextro cornu Altaris reponendum ex parte anteriori, et alterum sine mappula ad Evangelium reponendum in sinistro cornu Altaris ex parte posteriori appodiandum et Epistolarum librum collocandum in dextro cornu Altaris ex parte posteriori et ibidem appodiandum deferant. Et de hostiis et ampullis cum vino et aqua suo loco prope Altare ponendis, et de aliqua mappula ad tergendas nares juxta missale ponenda provideant.

36. — Hora competenti cereos suos accendant. Sacrista autem provideat quod ante inchoationem Missae semper cerei Altaris accendantur. In Dominicis vero et festis simplicibus non accendantur plusquam duo. In semiduplicibus plusquam tres. In duplicibus et

totis duplicibus plusquam quatuor. Idem servetur in Vesperis et in Matutinis.

37. — Provideat etiam quod tempore frigoris magni prunae accensae in patella decenti habeantur per Acolythos ministrandae tempore opportuno.

38. — In Dominicis autem diebus provideat etiam Sacrista de aqua benedicta, quae cum fuerit aspergenda, Acolythis praecedentibus, Subdiaconus et Diaconus et Sacerdos albis induti, sine processionis apparatu, ante terminationem Horae praecedentis Missam, intrent Chorum. Subdiaconus autem ante gradus Presbyterii stet et juxta eum alter Acolythorum a sinistris, et Diaconus post ipsum Subdiaconum.

39. — Deferenteque altero Acolythorum aquam acceptam de gradibus Altaris, ibidem prius a Sacrista in decenti vase collocatam, Sacerdos primo Majus Altare aspergat, cavens ne nimis de aqua super illud proiiciat; postmodum Diaconum et Subdiaconum et Acolythos, Cantoresque, si fuerit festum duplex vel totum duplex; deinde Fratres in Choro incipiens a dextris, nisi quando, nullo Praelato existente in dextro Choro, Prior aliquis fuerit in sinistro, vel quando Priore aliquo conventuali existente in dextro Choro, major Praelatus fuerit in sinistro. Tunc enim primo aspergendus est Praelatus qui est in sinistro Choro et post immediate aspergenda est aqua in dextro. Post Fratres Clericos aspergantur Fratres Conversi; postmodum saeculares, si affuerint. Praedictus ordo servetur in danda pace et in thurificando et in aspersione aquae post Completorium.

40. — Illos autem, qui in exteriori Ecclesia fuerint, aspergat ille cui Cantor injunxerit, vel ipse Sacerdos, si commode potest expediri antequam oporteat eum redire ad dicendum orationem.

41. — Et dicto *Asperges me* a Conventu, Sacerdos stando inter pulpitum et Diaconum dicat ℣. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Dominus vobiscum. Oremus. Exaudi nos Domine sancte pater*, et cetera.

42. — Hoc dicto, praedicti Ministri in Sacristiam revertantur. Et Sacerdos manus aliquantulum lavet. Quod etiam decens est fieri semper a Sacerdote postquam sacras vestes induerit.

43. — Aliquis autem Frater Clericus, vel Conversus, cui Sacrista

imposuerit, deferat aquam benedictam per cellas et reliquas officinas, eas aspergendo.

44. — Incoepto itaque post Introitum *Gloria Patri* vel Versu, si *Gloria* non dicitur, praedicti Ministri procedant ad Altare: primo Acolythi cum cereis et candelabris decentibus; deinde Subdiaconus librum Evangeliorum et Diaconus Missale coram se deferentes pectori appodiata, sinistra manu supposita et dextera librum tenendo; ultimo Sacerdos junctis manibus ante pectus.

45. — Venientibus autem ipsis ante Altare, et stantibus in aliquanta distantia ante illud, Diacono ad dexteram Sacerdotis, Subdiacono ad sinistram, et simili modo Acolythi uno hinc et alio inde, dictoque a Sacerdote *Confitemini Domino quoniam bonus*, inclinent genibus non curvatis, stantibus tamen erectis Acolythis et versis ad se mutuo vultibus.

46. — Itaque confessione facta et absolutione, se erigant et dicat Sacerdos *Adjutorium nostrum* et cetera. Et approprians ad Altare, inclinatus non ex transverso, sed in directum versus medium Altaris, quod semper observandum est in hujusmodi inclinationibus, dicat Orationem *Aufer a nobis Domine* et cetera. Qua dicta, accedens ad Altare osculetur illud; et erectus, muniat se signo Crucis.

47. — Interim Diaconus Missale ponat in dextro cornu Altaris et Subdiaconus Evangelium ad sinistram, appodiando illud in parte posteriori Altaris. Et Acolythi deponant cereos cum candelabris super gradus Presbyterii extinguentes eosdem. Tunc omnes, convenientes ad librum et stantes a dextris Sacerdotis ordinate secundum gradus suos, dicant Introitum et *Kyrie eleison*; nec flectant genua cum dicitur *Salve Sancta Parens.*

48. — Deinde post Sacerdotem ordinet se Diaconus, et Subdiaconus post Diaconum. Acolythi autem infra gradus Presbyterii vel in primis sedibus Chori, maxime ubi pauci sunt Fratres, stent parati ad sua ministeria peragenda. Ita tamen quod, dum Canon vel aliud a Sacerdote in medio Altaris stante dicitur, si fuerint duo Acolythi, unus ad dexteram Diaconi et alter ad sinistram in modum crucis stent ordinati, dum non sunt in aliquo ministerio occupati. Si vero festum duplex vel totum duplex fuerit, poterunt omnes ire sessum, tali servato ordine, ut Sacerdote in dextera parte Presbyterii, in qua parte semper sedes hujusmodi sunt parandae, sedente primo, Dia-

conus sedeat ad sinistram ejus; ad cujus sinistram Subdiaconus, et ad hujus sinistram Acolythi sedeant.

49. — Et in fine ultimi *Kyrie eleison* surgat Sacerdos et in medio Altaris stans deponat manus, deinde elevando incipiat *Gloria in excelsis,* si dicendum fuerit, ceteris Ministris, sicut dictum est, ordinatis post ipsum. Cum autem dicit *Deo* jungat manus. Deinde simul ad cornu dexterum Altaris venientes prosequantur inceptum cum Sacerdote, stantes a dextris ejus ordine supradicto. Quo dicto, Sacerdos et Diaconus stent donec Conventus compleverit illud.

50. — Et cavendum Ministris ne transeant, dum aliquid instat agendum, inter Ministros gradus majoris, sed retro eos.

51. — Interim dum cantatur *Gloria in excelsis*, vel *Kyrie eleison,* quando *Gloria in excelsis* non dicitur, Subdiaconus calicem pulchra et munda mappula coopertum elevatum ante faciem suam cum ambabus manibus, deferat reverenter et superponat Altari.

52. — Dicto *Gloria in excelsis*, vel *Kyrie eleison* pro tempore, convertat se Sacerdos ad Conventum in ipso cornu Altaris elevatis manibus et extensis. Postquam vero se converterit, incipiat *Dominus vobiscum.* Diaconus vero non flexis genibus, nisi Episcopus celebraverit, leviter casulam per inferiorem trahat extremitatem. Cumque dixerit *Dominus vobiscum,* junctis manibus, non se girando revertatur ad librum, et elevatis manibus ut prius, dicat Orationes.

53. — Praedicta autem manuum elevatio sic fieri debet ut altitudinem humerorum Sacerdotis non excedat; extensio vero tanta sit ut retro stantibus manus appareant evidenter.

54. — Dum ultima oratio dicitur, altero Acolythorum praecedente, Subdiaconus Epistolarium ferat, secundum modum supradictum de Evangelio et Missali, supra pectus suum reclinatum retro Chorum, si sit ibi locus in quo Epistola diebus Dominicis et festivis legenda est. Profestis vero diebus et festis trium lectionum et infra octavas legatur ante gradus Presbyterii super pulpitum ad hoc ibidem praeparatum in medio. Et tunc non oportet quod Acolythus cum eo vadat. Praedictus vero Acolythus, Epistola perlecta, Epistolarium, quod sibi traditur a Subdiacono, referat super Altare, ponens illud in loco suo, inde cum expeditus fuerit ipsum ad Sacristiam reportaturus.

55. — Sacerdos autem, postquam Collectas finierit, eat sessum, Diacono et altero Acolythorum ei astantibus, et in sede sua eum

reverenter collocantibus. Et alter Acolythorum, vel ipse Diaconus, si desit Acolythus, aliqua super genua ipsius supposita mappula ad hoc praeparata, librum ei tradat, ut et Officium praevidere et Orationem *Summe Sacerdos* possit dicere, si velit.

56. — Tunc Diaconus, ablutis digitis, explicet corporale, quod habere debet tres plicas in latum et quatuor in longum. Medium latitudinis ponat in medio Altaris, superiorem partem postmodum replicando; postea sedeat.

57. — Deinde simul omnes dicant quae de Graduali dicenda sunt; quibus dictis, Subdiaconus aliquantulum manus lavet, et tunc preparet calicem in oculis Sacerdotis vinum et aquam, sicut ei innuerit, infundendo. Et alter Acolythorum assistat eidem necessaria subministrans.

58. — Cum vero dicitur in Missa *Veni Sancte Spiritus*, in inceptione ejus surgant Sacerdos et Ministri et non flectant genua, sed stent quamdiu cantatum fuerit *Spiritus*; deinde, Choro surgente, sedeant.

59. — Ante commixtionem vero, ad petitionem Subdiaconi dicentis *Benedicite*, benedicatur aqua a Sacerdote hoc modo: *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*

60. — Dum autem Sacerdos sedet, Ministri, cum non sunt occupati in aliquo ministerio, possunt ire ad juvandum Fratres in Choro, maxime in parvis Conventibus.

61. — Circa finem *Alleluja*, vel Tractus, vel Responsorii, vel Sequentiae pro tempore, unus Ministrorum missale cum pulvinari reponat ad Altaris sinistram. Acolythi etiam cereos accendant. Et diebus Dominicis, et festivis, et in Sabbatis, quando de Beata Virgine solemniter celebratur, thuribulum praeparent ab alio deferendum qui scriptus fuerit. Et de Cruce similiter dicimus in totis duplicibus faciendum.

62. — Deinde surgat Diaconus, et accipiens Evangeliorum librum, benedicto primo thure a Sacerdote ad petitionem Thuriferarii secundum modum supradictum de aqua, inclinatus coram Sacerdote dicat: *Jube Domne benedicere.* Et Sacerdos surgens subjungat: *Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis ad pronuntiandum sanctum Evangelium pacis.* Et sic procedant ad pulpitum: primo Thuriferarius, secundo Ceroferarii, tertio qui Crucem fert, quarto Subdiaconus cum

pulvinari pro Evangelio praeparato, ultimo Diaconus librum Evangeliorum reclinatum supra pectus deferens secundum modum supradictum. In diebus vero Dominicis et festivis, ubi fuerit pulpitum retro Chorum, vel alibi loco eminenti, legetur Evangelium super illud ; in profestis vero diebus et festis trium lectionum et per octavas in sinistra parte Presbyterii super pulpitum ibi preparatum. Postquam autem ad pulpitum pervenerint, Subdiaconus pulvinar libro supponat. Ille vero qui defert Crucem et Ceroferarii, unus a dextris et alius a sinistris ejus, stent ante pulpitum, versis vultibus propriis et vultu Crucifixi ad Diaconum, Subdiaconus vero post Diaconum.

63. — Cum autem dicet Diaconus *Sequentia*, vel *Initium sancti Evangelii,* faciat unam crucem super Evangelii principium cum pollice et aliam super frontem, aliam super os et aliam super pectus. Cum autem Fratres dicunt *Gloria tibi Domine,* debent se vertere ad Altare et munire signo crucis.

64. — Dum autem Evangelium legitur, stet Sacerdos ad dextrum latus Altaris versa facie ad Evangelium donec fuerit lectum. Similiter omnes Fratres vertere debent faciem ad Evangelium ubicumque legatur, et ipso finito, munire se signo crucis.

65. — Finito Evangelio, tradat Diaconus librum apertum Subdiacono cum pulvinari et revertantur ad Altare ordine quo venerunt ; hoc observato, quod, cum eundo ad pulpitum transeunt per Chorum, Thuriferario transeunte per medium Chori, et uno Ceroferario juxta unum Chorum, alio vero juxta alium, ille qui defert Crucem et Subdiaconus et Diaconus vadant juxta chorum dextrum, redeundo vero vadant juxta sinistrum.

66. — In fine Evangelii Sacerdos, ad medium Altaris veniens, dicat *Credo in unum Deum,* si dicendum fuerit, depositis et elevatis junctisque manibus, sicut dictum est ad *Gloria in excelsis*. Cumque Ministri ad Altare pervenerint Subdiaconus offerat librum Sacerdoti ad osculandum, Diacono ei cum digito Evangelium demonstrante, nisi pro Defunctis celebretur, vel Passio fuerit lecta. Post eum Diaconus osculetur. Et post haec, Subdiaconus ipsum librum reponat super Altare ubi et sicut erat prius. Deinde Diaconus et alii Ministri, stantes ad sinistram Sacerdotis ordinati modo supradicto, *Credo in unum Deum* cum ipso prosequantur.

67. — Finito vero *Credo,* vel Evangelio, si *Credo*, non dicatur, Sacerdos statim vertens se ad Chorum dicat *Dominus vobiscum*, et iterum vertens se ad Altare, manibus ut prius elevatis et deinde junctis, dicat *Oremus,* sed non prosequatur Offertorium donec Ministri pervenerint ad Altare. Qui cum eo prosequantur, stantes omnes ad sinistram ipsius ordinati supradicto modo.

68. — Postquam vero simul dixerint *Offertorium,* Subdiaconus calicem offerat Diacono, et Diaconus, tenendo eum per inferiorem partem pedis, Sacerdoti, osculando manum ejus, et dicens *Immola Deo sacrificium laudis et redde Altissimo vota tua.* Quem accipiens Sacerdos, dicendo *Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo*, et tenens cum duabus manibus aliquantulum elevatum, dicat *Suscipe Sancta Trinitas* et cetera. Et antequam finierit hanc orationem, deponat illum, et, sumens patenam, ante pedem calicis collocet hostiam. Sed diligenter attendat, si portatile Altare sit, quod calix et hostia toti jaceant super lapidem consecratum. Postmodum patenam ultra medium corporalis ponat, sub inferiori parte ipsius, cooperiens calicem de parte reliqua.

69. — Tunc, si fuerit festum simplex et supra, vel Dominica, vel Sabbatum in quo de Beata Virgine solemniter celebretur, Thuriferario tenente thuribulum a dextra parte Altaris, et Diacono sumptum thus de vasculo in quo servatur offerente in cocleari Sacerdoti ad benedicendum, benedicat Sacerdos ipsum secundum modum qui scriptus est supra de aqua; quo facto, ponat ipsum Diaconus in thuribulo; et assumptum thuribulum tradat Sacerdoti manum ipsius osculando.

70. — Qui assumens illud, de ipso thuribulo faciat super calicem signum Crucis. Deinde thurificet ante eum, postmodum Corpus Christi super Altare repositum, deinde a dextris primo, et a sinistris secundo, procedendo in thurificando a medio Altaris usque ad cornua; ultimo vero ipsum Altare anterius de sinistro cornu ad dextrum progrediendo.

71. — Tunc Diaconus thuribulum de manu Sacerdotis accipiens, incenset ipsum Sacerdotem trahendo casulam cum manu sinistra et cum dextera tenendo thuribulum; postmodum reddat illud Thuriferario. Ille vero primo Diaconum et Subdiaconum et alios ministros thurificet; deinde Cantores in festis duplicibus et totis duplicibus

de thure non benedicto, quod de novo ponat in thuribulo; postea Fratres in Choro a dextris incipiens et ab antiquioribus in sedibus superioribus, a junioribus vero in sedibus inferioribus se girando, si fuerint ibi Fratres, prosequendo thurificationem in utroque Choro; deinde Fratres laicos. Et his peractis, dimisso thuribulo juxta Altare loco apto, revertatur ad Sacristiam ad deponendum vestes sacras et suas resumendum.

72. — Postquam autem Diaconus incensaverit Sacerdotem, Subdiaconus aquam in pelvi vel ampulla paratam teneat ad ablutionem digitorum Sacerdotis faciendam, quae, vel super terram effundatur, vel recipiatur in pelvi alia quam sacra ablutio post communionem, nec projiciatur in piscinam illam, in qua sacra ablutio funditur. Dum vero Subdiaconus aquam praedictam ministrat, Diaconus ex parte Chori et unus Acolytorum ex parte Altaris stantes, manutergium mundum proprie praeparatum ad abstersionem ablutionis praedictae faciendam teneant applicantes illud ante Sacerdotem supra casulam. Et dum abluit Sacerdos dicat *Lavabo inter innocentes manus meas et circumdabo Altare tuum Domine.*

73. — Post ablutionem vero, Sacerdos, junctis manibus ante pectus, ad medium Altaris veniens, inclinet dicendo orationem *In spiritu humilitatis* et cetera. Qua dicta, se erigens et ad Conventum se vertens, dicat *Orate Fratres* et cetera, ita alte ut possit audiri a Ministris. Diaconus vero casulam trahat non flectens genua. Sacerdos vero per aliam partem se vertens, stet inter librum et calicem, habens vultum ad librum et, manibus sicut praedictum est elevatis, prosequatur Secretas. Ante primam vero Secretam dicat *Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat,* et *Oremus.* Et terminet eam sicut terminatur prima oratio. Reliquas autem, si plures fuerint, prosequatur, praemisso *Oremus*, sub uno *Per Dominum* et cetera.

74. — Cum digitis autem, quibus sacrum Corpus Domini tractaturus est, folia non vertat, nec aliud tangat. Tempore quoque muscarum post inceptionem Secretarum debet Diaconus tenere flabellum, quo cohibeat eas honeste a molestando Sacerdotem et abigat a sacrificio.

75. — Cum autem ante Praefationem dicturus fuerit *Per omnia saecula saeculorum,* ad medium Altaris veniat; et, manus super Altare deponens, prosequatur *Per omnia saecula saeculorum.* Quando

vero dicet *Sursum corda,* manus erigat et supradicto modo teneat, elevatas et extensas; sed ad *Supplici confessione dicentes* jungat eas.

76. — Tunc Diaconus cum uno Acolythorum veniens ad sinistram, et Subdiaconus cum alio ad dexteram, dicant cum eo *Sanctus, Sanctus,* et cetera; et ad *Benedictus qui venit* muniant se signo crucis. Quod etiam faciendum est a Fratribus in Choro, cum ipsi dicent *Benedictus,* nec debent se tunc vertere ad Altare.

77. — Tunc, si Dominica fuerit, vel festum simplex aut majus, vel Sabbatum in quo de Beata Virgine celebretur, Subdiaconus mappulam sumat, et Diaconus ei patenam tradat, et operiat eam, mappulam replicans super eam. Ceteris vero diebus patena a Subdiacono non teneatur. Deinde Subdiaconus, stans post Diaconum, usque post *Pater noster* eam teneat elevatam cum dextera manu, sinistram dextero brachio supponens.

78. — Sacerdos vero post *Sanctus, Sanctus* et cetera, inclinando profunde, genibus non curvatis, dicat *Te igitur,* et cetera. Deinde se erigens ad *Haec* ✠ *dona* faciat unam crucem cum duobus digitis, ita quod index sit desuper et medius subtus; ad *Haec* ✠ *munera* faciat secundam crucem, tertiam ad *Haec* ✠ *sancta sacrificia.*

79. — In utroque *Memento* faciat brevem moram sine nominis alicujus expressione vocali.

80. — Cum autem dicet *Bene* ✠ *dictam* super totum faciat unam crucem; secundam ad *Adscrip* ✠ *tam*; tertiam ad *Ra* ✠ *tam*; quartam ad *Cor* ✠ *pus* super hostiam; quintam ad *San* ✠ *guis* super calicem.

81. — Et quando dicet *Qui pridie,* tergat cum palla Altaris pollicem et indicem utriusque manus. Post haec aliquantulum elevet hostiam, et ad *Bene* ✠ *dixit* signet eam. Deinde distincte et cum reverentia proferat verba consecrationis.

82. — Interim Diaconus a dextris Sacerdotis et Subdiaconus a sinistris cum patena flectant genua super gradus Altaris; uno Acolythorum juxta Diaconum et altero juxta Subdiaconum, stantibus cum cereis accensis et flexis genibus. Et sic stent a tempore elevationis usque post Sanguinis consecrationem.

83. — Et in diebus in quibus ministratur incensum, Diaconus cum thuribulo sibi tradito et praeparato ab uno Acolythorum, dum alius accendit cereos, incenset continue, reddens thuribulum ipsi

Acolytho, repositis cereis. Quando vero unus fuerit Acolythus, accendat cereum praedicto modo.

84. — Sacerdos autem quam cito fuerit hostia consecrata, non super Altare procumbens, sed aliquantulum inclinans, cum ambabus manibus ipsam elevet, ita quod possit retro stantibus apparere. Ipsam vero non circumferat, nec diu teneat elevatam, sed statim cum utraque manu reponat.

85. — In omni autem tempore sic Chorus cavere debet a nimia prolixitate cantus, dum dicit *Sanctus* et cetera, et Sacerdos sic morose debet dicere ea quae dicuntur ante elevationem hostiae, quod nunquam fiat elevatio, quousque praedictus cantus sit terminatus.

86. — Collocata hostia, Sacerdos calicem detegat. Et dum dicit *Accipiens et hunc* ipsum modicum elevet ab Altari cum utraque manu. Postmodum ad *Bene* ✠ *dixit* deponat et faciat desuper signum crucis, tenens eum manu sinistra; statimque iterum levet et teneat eum sicut prius. Cumque dixit *In remissionem peccatorum* reponat et operiat corporali. Post haec digitos non disjungat, nisi ad cruces faciendas, usque post ablutiónem.

87. — Completa consecratione, extendat brachia plus solito, mediocriter tamen, usque quo ad signa crucis facienda deponere necesse sit. Ad *Hostiam* ✠ *puram* faciat unam crucem super totum; secundam ad *Hostiam* ✠ *sanctam*; tertiam ad *Hostiam* ✠ *immaculatam*; quartam ad *Panem* ✠ *sanctum* super hostiam; quintam super calicem ad *Calicem* ✠ *salutis perpetuae.*

88. — *Ad Supplices Te rogamus* inclinet profunde, cancellatis manibus ante pectus, brachio sinistro supposito dextro, donec dicat: *Ex hac Altaris participatione.* Et tunc, se erigens, osculetur Altare semel ad dexteram partem calicis. Deinde ad *Cor* ✠ *pus* faciat signum crucis super hostiam; ad *San* ✠ *guinem* aliud super calicem; ad *Omni bene* ✠ *dictione* faciat tertium ante faciem suam.

89. — Ad *Nobis quoque peccatoribus* tundat leviter pectus cum tribus digitis ultimis. Postea ad *Sancti* ✠ *ficas* faciat unam crucem super totum; ad *Vivi* ✠ *ficas* aliam; ad *Bene* ✠ *dicis* tertiam.

90. — Tunc discooperiat calicem et teneat cum manu sinistra pedem calicis, dextera sacram elevans hostiam. Et ad *Per* ✠ *ipsum* cum ea crucem faciat a labio calicis usque ad labium, et aliam interius ad *Cum* ✠ *ipso*; et tertiam ad *In* ✠ *ipso* profundius quam

secundam; quartam ad *Deo* ✠ *Patri* ante calicis labium in alto aliquantulum; quintam ad *Spiritus* ✠ *Sancti* ante pedem in imo. Et tunc reponat hostiam. Deinde, cooperto calice, dicat *Per omnia saecula saeculorum* et cetera, manus habens super Altare dimissas, donec incipiat *Pater noster.* Cumque Chorus responderit *Sed libera nos a malo,* Sacerdos etiam submisse respondeat *Amen.*

91. — Tunc Subdiaconus tradat patenam discoopertam Diacono, qui recipiat eam manu nuda. Sacerdos vero, quando dicturus est *Da propitius pacem,* ipsam accipiat. Et Diaconus, cum tradit eam, ipsius humerum osculetur. Et Sacerdos, signans se patena et post ipsam osculans, eam super Altare deponat seorsum a corporali. Interim Subdiaconus cum altero Acolythorum reverenter plicet mappulam patenae, et Acolythus reponat eam. Quando vero Subdiaconus patenam non tenuerit, nihilominus Diaconus post *Pater noster* eam accipiat de Altari, et praedicto modo offerat Sacerdoti.

92. — Cum autem Sacerdos dixerit *Omni perturbatione securi,* detegat calicem, et accepta hostia dicendo *Per eumdem,* dividat hostiam primo in duas partes hoc modo ; deinde partem quam tenet in dextera superponat in transversum parti reliquae in sinistra, et dividat eam in duas alias hoc modo  ita, si fieri potest, quod digiti fracturam non tangant. Et in sinistra retinens duas partes usque ad perceptionem, cum tertia quam tenebit in dextera, ad *Pax* ✠ *Domini* intra calicem faciat unam crucem; secundam ad *Sit* ✠ *semper*; tertiam ad *Vobis* ✠ *cum.*

93. — Tunc Diaconus cum uno Acolythorum a sinistris, et Subdiaconus cum alio a dextris, dicant cum eo *Agnus Dei* et cetera. Quo dicto, Sacerdos portionem hostiae quam tenet in dextera manu submittat in sanguinem dicendo *Haec sacrosancta commixtio* et cetera. Postea calicem osculetur semper, exceptis tribus diebus ante Pascha, vel nisi Missa fuerit pro Defunctis. Et dans pacem Diacono dicat *Pax tibi et Ecclesiae sanctae Dei.* Deinde Diaconus det Subdiacono venienti ad se, et Subdiaconus det uni Acolythorum, et ille alii.

94. — In Dominicis autem diebus, postquam Acolythi sibi mutuo pacem dederint, alter eorum primis stantibus in Choro pacem deferat hinc et inde; alius vero deferat Fratribus Conversis et aliis qui sunt extra Chorum. Illi vero qui pacem primo receperunt in utroque

Choro supersedeant a dando pacem subsequentibus Fratribus, quousque sit terminatus totus cantus de *Agnus Dei*.

95. — In ceteris autem diebus numquam detur pax in Missa conventuali, nisi Ministris de Missa.

96. — Porro, si festum totum duplex vel duplex Dominica evenerit, Subdiaconus, postquam pacem uni Acolythorum dederit, deferat eam Cantori, et Cantor det socio suo. Uterque vero eorum, primo stanti in suo Choro; Acolythi autem sibi mutuo pacem dantes deferant stantibus extra Chorum.

97. — In Missis vero privatis quae non sunt de Mortuis, detur pax Fratri servitori, sed aliis astantibus non detur, nisi consuetudo patriae teneat contrarium.

98. — Sacerdos itaque, data pace Diacono, dicat orationem *Domine Jesu Christe* et cetera, et *Corpus et Sanguis Domini Nostri* et cetera; deinde, inclinato capite, sumat corpus, postea sumat sanguinem nihil dicens.

99. — Postmodum utraque manu tenens calicem, veniat ad dextrum Altaris cornu, ibique Subdiaconus ampullam paratam habens, vinum infundat calici. Illoque sumpto, secundo infundat super digitos Sacerdotis, qui, calice deposito et, si expedire viderit, patena cooperto, digitos infusos tenens super manus conjunctas ne forsan aliquid stillet in terram, abluat eos, Subdiacono ministrante aquam in pelvi decenti ad hoc solum deputata, per quam ablutio hujusmodi deferatur in piscinam, si piscina munda fuerit et honesta; alias melius est quod ablutio hujusmodi recipiatur in ipso calice cum praedicta ablutione vini ultima maxime in Missis privatis, tam in domibus nostris quam extra, et sumatur a Sacerdote. Postea desiccet digitos suos cum panno ad hoc ipsum praeparato, qui semper intra calicem reservetur; et cum explicatur calix, reponatur super Altare a dextris in loco mundo sequestratim et reverenter. Interim Diaconus, ablutis primo digitis, corporalia replicet et reponat, et Missale referat ad ad dextrum cornu Altaris.

100. — Sacerdos autem, sumpta ablutione quae remansit in calice, deponat calicem, et cum Ministris stantibus a dextris ordine supradicto dicta Communione, dicat *Dominus vobiscum,* vertendo se in cornu Altaris, et Diaconus trahat casulam sicut prius. Postmodum Sacerdos Orationes prosequatur eo modo et ordine quo et primas.

101. — Interim Subdiaconus, si viderit expedire, aqua calicem abluat et desiccet leviter cum alio panno mundo ad hoc specialiter praeparato, qui reservatur juxta piscinam reverenter alio panno coopertus. Acolythi vero quae reportanda restant, in Sacristiam referant interim, prout commode possunt. Dum autem ultima Oratio dicitur, unus Acolythorum cereos accendat; alter librum Evangeliorum Subdiacono tradat.

102. — Sacerdos autem, dum ultimum dicet *Per Dominum,* ad medium veniat Altaris. Cumque ad dicendum *Dominus vobiscum* se converterit ad Conventum, Diaconus similiter se vertat, et dicat *Ita Missa est*, si *Gloria in excelsis* praecesserit; alioquin non se vertat ad Conventum Diaconus, sed versa facie ad Altare, ipso Sacerdote similiter verso, dicet *Benedicamus Domino*, vel *Requiescant in pace*, si Missa fuerit de Mortuis. Sacerdos vero et Diaconus stent versi ad Conventum quamdiu dicitur *Ite Missa est*; deinde vertant se ad Altare non se girando.

103. — Et tunc Sacerdos inclinet junctis manibus donec dixerit *Placeat tibi* et cetera. Post haec erigens se, osculetur Altare. Et si consuetudo patriae fuerit, et extranei affuerint hoc expectantes, det benedictionem secundum modum patriae.

104. — Interim alter Acolythorum Missale Diacono tradat. Postmodum redeant in Sacristiam eo ordine quo venerunt. Tunc Ministri primo Sacerdotem, postea se mutuo juvent ad exuendum; Acolythi vero antequam vestes exuant, revertentes ad Altare recooperiant illud et aptent decenter, reportantes in Sacristiam quae fuerint reportanda.

105. — Ubi autem in diebus solemnibus propter paucitatem Fratrum praedicta Ministrorum solemnitas servari non poterit, prout commodius et honestius poterit, observetur. In ferialibus vero diebus, et festis trium lectionum, et infra Octavas, unus sufficiat Acolythus, qui dum fit confessio et cum dicitur *Sanctus* et *Agnus Dei* a Sacerdote, stare debet a dextris. Et etiam in genuflexione ad Corpus Domini.

106. — Si Episcopus praesens fuerit in Missa, invitandus est a Cantore ad faciendam confessionem in principio Missae. Petendae etiam sunt ab eo benedictiones aquae miscendae in vino, et thuris deferendi ad Evangelium legendum. Item, post Evangelium lectum,

offerendum est ei primo ad osculandum. Item, primo est ei aspersorium aquae benedictae offerendum ad aspergendum se et collaterales. Primo etiam est thurificandus, si haec in Missa fiant. Item, primo est ei offerenda pax. Item, in fine Missae est invitandus a Cantore ad dandam benedictionem. Si autem Cardinalis non Episcopus sed Presbyter, vel Diaconus; vel Legatus non Episcopus nec Cardinalis interfuerit, quaeratur consuetudo ejus circa haec et servetur.

DE SACRA COMMUNIONE.

107. — Circa sacram Communionem et modum communicandi in Conventu, notandum est quod ad reservandam sacram Communionem haberi debet vas decens et honestum super Altare Majus honorifice collocandum; infra quod habenda est pixis argentea, vel eburnea, vel de alia materia pretiosa, infra quam in panno albo et mundo servanda est una hostia consacrata, vel, si plures servantur, tamen non in magna multitudine. Provideatur autem quod tam vas quam pixis praedicta sic caute stabiliantur et claudantur, ne in aliquo casu possint hostiae praedictae cadere vel removeri, nisi per ministerium Fratrum, cum fuerit aliqua Communio facienda.

108. — Die autem Communionis consuevit fieri aliqua exhortatio in Capitulo et absolutio generalis Fratribus tam Clericis quam Laicis, ut ad tantum Sacramentum dignius praeparati accedant. Debet autem Prelatus, si commode potest, in hujusmodi die Missam Conventualem celebrare.

109. — Cum igitur Subdiaconus ministraturus fuerit necessaria pro Sacramento hujusmodi, a Sacrista, cujus interest scire, debet inquirere de numero hostiarum consecratarum, quae sunt in pixide. Debet etiam inquirere de numero Fratrum qui sunt communicandi. Et facta collatione tot hostias consecrandas ponere quod sufficiant communicandis Fratribus. Et sumptis illis quae reservatae fuerunt prius, paucae remaneant, prout dictum est, reservandae.

110. — Cum igitur hora communicandi appropinquaverit, Diaconus, Ceroferariis cum cereis praecedentibus eum, apportet pixidem supradictam cum Corpore Domini, super Altare aperiens eam ibidem. Et omnes Fratres alii praeter Sacerdotem celebrantem qui solum inclinatus adoret, prosternant se adorantes.

111. — Post brevem autem adorationem, dicant omnes *Confiteor*, Sacerdos faciat absolutionem, dicendo *Misereatur* et cetera, et *Absolutionem* et cetera. Postmodum communicent primo Ministri secundum ordinem graduum suorum; deinde Conventus incipiendo a superioribus; et veniant Fratres bini et bini; ultimo Fratres Conversi. Quod si qui extranei apud nos communicare debuerint, in aliquo Altari de Minoribus communicari poterunt suorum habentes licentiam Praelatorum.

112. — In primis autem, cum Ministri communicare debent, accedant duo de Fratribus stantibus in Choro quibus Sacrista innuerit, et flexis genibus juxta Sacerdotem a dextris et a sinistris ejus, teneant mappulam mundam et honestam a Sacrista sibi traditam, et inter Sacerdotem et communicantem extensam a Sacerdote usque ad communicantem, applicantes illam sub mento communicantis. Postquam autem omnes Ministri fuerint expediti de Communione, Acolythi teneant praedictam mappulam praedicto modo, quousque communicaverunt omnes.

113. — Dum autem Frater accedet ad recipiendam Communionem, non se prosternat, nec osculetur terram vel pedem Sacerdotis, sed super gradus in loco apto flexis genibus, toto alio corpore erecto se disponens, aperto ore non nimis nec parum, sed mediocriter, cavens a transversione oculorum, vel insolita vultus dispositione, cum decenti disciplina et reverentia suscipiat Sacramentum.

114. — Sacerdos autem primo ministret hostias reservatas. Dum autem quamlibet hostiam ministrat, accipiat eam cum manu dextera, et patenam cum sinistra supponendo eam hostiae, et sic transferat usque ad Fratrem communicandum. Et cum tradit ei, dicat: *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat te in vitam aeternam. Amen.*

115. — Suscepto autem Sacramento, Frater inclinans se erigat; et consumpta hostia accedat ad vinum, quod stando est recipiendum et in modica quantitate ad abluendum os diligenter, ne aliqua particula hostiae remaneat intra dentes. Porro Diaconus debet recipere vinum hujusmodi in calice alio quam sit calix cum quo celebratur, et postea aliis ministrare stando a dextris Altaris. Debet autem tenere pedem calicis cum mappa pulchra et decenti, cum qua etiam Fratres post ablutionem oris labia detergant. Si autem fuerit magnus Conventus, Subdiaconus a sinistris Altaris stans, poterit vinum in alio

calice eodem modo ministrare, ut citius expediatur Conventus. Cavendum est autem Fratri ne post Communionem spuat cito; quod si cavere non potest, debet in loco honesto projicere sputum.

116. — Et est sciendum quod si astet magna multitudo expectans finem Missae poterit differri Communio usque post Missam, nisi in die Coenae, si visum fuerit Priori; alioquin facienda est antequam Communio dicatur.

117. — Solent autem Fratres communicare quandocumque fit rasura in die solemni, vel in aliqua feria sequenti, quando Fratres melius possunt interesse, si Prelato visum fuerit expedire.

118. — Postquam autem Frater communicaverit et vinum receperit, potest orare secreto dum alii communicant; qui autem non communicant et sunt in Choro, interim stent super formas prostrati.

119. — Si autem ante finem Communionis viderit Sacerdos quod nimia multitudo hostiarum fuerit praeparata, potest duas et duas dare Fratribus, ne nimiam multitudinem oporteat reservare. Quae autem remanserint, positae a Sacerdote in pixide, per Diaconum, praecedentibus Ceroferariis, ad locum debitum honorifice portentur, Fratribus facientibus genuflexionem modo supradicto.

120. — Nullus autem debet remanere ab hujusmodi Communione, sine licentia speciali, nisi celebret Missam ipsa die. Qui autem extra sunt, debent extra communicare, vel cum redierint, quam cito commode possunt.

III.

Ex libro cui titulus

" MISSALE MINORUM ALTARIUM ".

DE MISSIS PRIVATIS.

121. — In Missis privatis debet Servitor esse diligens quod vestes Sacerdotis, dum ei servit induendo se, decenter componantur; quod toalias Altaris et pallas explicando et replicando mature et alia circa Altare decenter disponat et ordinet. Et provideat ne cum vestibus suis sacras vestes vel alia sacra circa Altare irreverenter tangat.

122. — Attendat etiam quod vinum quod ministraturus est sit bene sanum et mundum, et de aqua similiter videat quod sit recens et munda. Et caveat sollicite ne unum pro alio ministretur.

123. — Si autem non sit in majoribus Ordinibus non tangat calicem nuda manu, nec ministret propria manu hostiam vel vinum et aquam, sed Sacerdoti exhibeat ministranda; meliusque est ut Epistolam relinquat Sacerdoti dicendam, quam quod ipse dicat, cum non est in aliquo sacrorum Ordinum constitutus.

124. — Parum autem vel nihil stet prostratus in tota Missa, sed oculos et mentem habeat circa Altare, ut videat quae fuerint facienda et audiat cum Sacerdoti fuerit respondendum.

125. — Cum autem transfertur liber a Sacerdote, transferat cum libro candelam, nisi ex utraque parte Altaris fuerit cereus vel candela.

126. — Trahere casulam cum expedierit non omittat.

127. — Sacerdos quoque induendo se, cum habere poterit camisiam, primo illam induat; et induendo se, caveat ne in sola tunica sine caputio appareat discoopertus.

128. — Horas et Officium mature et distincte dicat. Quando immediate post Primam celebrat, non dicat in Prima *Confiteor*, sed sufficit illud quod ante Missam immediate dicendum est.

129. — Numerum consuetum Collectarum non excedat.

130. — Prolixitatibus quae solent accidere in quaerendo Collectas vel alia, in eligendo hostias, in parando calicem, et similibus, adstantes non fastidiat.

131. — Sequentiam non dicat.

132. — In voce mediocritatem servet, ne nimis alte clamando conturbet alios celebrantes, vel nimis submisse dicendo non andiatur. Canonem sic submisse dicat quod intelligi non possit a circumstantibus.

133. — Finita Missa, cum alius post eum celebraturus fuerit, Altare non detineat in dicendo alia Officia; sed cito rece dat et vestes sacras, in quibus celebravit, quam cito deponat, si in ipsis est celebraturus subsequens Sacerdos.

134. — Cum fluxu narium vestes sacras non deturpet, sed panno ad hoc deputato utatur ad ista.

135. — Psalmis et orationibus alicujus devotionis, quae scripta non sunt ut dicantur, sicut *Judica me Deus* et cetera ante Missam, *Benedicite Sacerdotes* et cetera post Missam, Servitorem non impediat. Officium tamen de proprietate Temporis, si illud non andivit, vel non sit auditurus in Choro, et Officium de Beata Virgine, et Evangelium Joannis *In principio* cum Collecta *Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare; qui tecum* et cetera, praemisso *Dominus vobiscum*, poterit dicere deponendo vestes, vel post depositionem in diebus in quibus dicitur Officium de Beata Virgine extra Chorum; ita tamen quod in his non impediat celebraturum post se.

136. — Quando autem praedicta Officia, sive de Tempore, sive de Beata Virgine, dicuntur post Missam privatam, non dicatur ibi *Gloria in excelsis*, nec *Sanctus*, nec *Agnus*; et in Officio de Beata Virgine dicatur semper Postcommunio *Gratiam*.

137. — Haec igitur et alia dicta circa Missam Conventualem, quae ad hujusmodi Missas pertinent, tam in genibus non flectendis, quam in aliis, diligenter exequantur tam Sacerdos, quam Servitor.

138. — Terminatis vero omnibus, potest orare Sacerdos secreto. prout ei Dominus inspiraverit; caveat tamen a prolixitate, si ab aliis expectatur.

139. — In via vero, vel alias quando Fratres Missam habere non possunt, dicere possunt Officium Missae Beatae Virginis cum *Sanctus* et *Agnus* et Postcommunione *Gratiam*, et etiam cum *Gloria in excelsis*, si dicendum fuerit illa die.

CALENDARIUM VETUS
JUXTA PROTOTYPUM

Ex libro cui titulus "Collectarium„

IANUARIUS
habet dies xxxi luna xxx.

	KAL.			
iii	A		Circumcisio domini	dupl.
	b	iiii nonas	Oct. sancti stephani	
xi	c	iii	Oct. sancti johannis	Incipit quartus embolismus.
	d	ii	Oct. sanctorum innocentum	
xix	e	Nonis		
viii	f	viii idus	Epiphania domini	totum dupl.
	g	vii		Claves lxx^ae^
xvi	A	vi		
v	b	v		
	c	iiii	Pauli heremite	mem.
xiii	d	iii		
ii	e	ii		
	f	Idibus.	Oct. epiphanie. simpl. hilarii et remigii episcoporum mem.	
x	g	xix	kal. februarii. Felicis presbyteri et confessoris. iii. lect.	
	A	xviii	Mauri abbatis iii. lect.	
xviii	b	xvii	Marcelli pape et martyris iii. lect.	
vii	c	xvi	Antonii abbatis iii. lect.	
	d	xv	Prisce virginis et martyris iii. lect. Sol in aquario. Initium lxx^ae^	
xv	e	xiiii		
iiii	f	xiii	Fabiani et sebastiani martyrum	simpl.
	g	xii	Agnetis virginis et martyris.	simpl.
xii	A	xi	Vincentii martyris.	semidupl.
i	b	x	Emerentiane virginis et martyris.	mem.
	c	ix		
viiii	d	viii	Conversio sancti pauli.	semidupl.
	e	vii		
xvii	f	vi	Iuliani episcopi et confessoris	mem.
vi	g	v	Agnetis secundo. iii. lect.	Claves xl.^ae^
	A	iiii		
xiiii	b	iii		
iii	c	ii		

Hore noctis xvi. Diei viii.

FEBRUARIUS
habet dies xxviii. luna xxix.

		KAL.		
	d		Ignatii episcopi et martyris mem. finis iiii embolismi.	
xi	e	iiii nonas	Purificatio sancte mariae virginis . totum dupl.	
xix	f	iii	Blasii episcopi et martyris iii lect.	
viii	g	ii	Anniversarium patrum et matrum.	
	A	Nonis	Agathe virginis et martyris. simpl.	
xvi	b	viii idus	Vedasti et amandi episcoporum. memor.	
v	c	vii		
	d	vi		Initium xl[ae]
xiii	e	v		
ii	f	iiii	Scholastice virginis. mem.	
	g	iii		
x	A	ii		
	b	Idibus		
xviii	c	xvi	kal. martii Valentini mart. iii lect.	
vii	d	xv		Sol in piscibus.
	e	xiiii		
xv	f	xiii		
iiii	g	xii		
	A	xi		
xii	b	x		
i	c	ix		
	d	viii	Cathedra sancti petri. simplex.	
ix	e	vii		
	f	vi	Mathie apostoli. semidup.	Locus bissexti.
xvii	g	v		
vi	A	iiii		
	b	iii		
xiiii	c	ii		

Hore noctis xiiii. Diei x.

MARTIUS
habet dies xxxi. luna xxx.

iii	d	KAL.	Albini episcopi et confessoris	mem.	
	e	vi nonas			
xi	f	v			
	g	iiii			
xix	A	iii			Incipit. vii. Embolismus.
viii	b	ii			Incipit. iii. Embolismus.
	c	Nonis			
xvi	d	viii idus			
v	e	vii			
	f	vi			
xiii	g	v			Claves pasche.
ii	A	iiii	Gregorii pape et confessoris	simplex.	
	b	iii			
x	c	ii			Ultima xl.ma
	d	Idibus			Equinoctium vernale.
xviii	e	xvii	kal. aprilis.		
vii	f	xvi			
	g	xv			Sol in ariete
xv	A	xiiii			
iiii	b	xiii			
	c	xii	Benedicti abbatis.	simpl.	
xii	d	xi			Primum pascha
i	e	x			
	f	ix			
ix	g	viii	Annunciatio dominica	totum dupl.	
	A	vii			
xvii	b	vi			
vi	c	v			
	d	iiii			
xiiii	e	iij			
iii	f	ii			

Hore noctis xii. Diei xii.

APRILIS

habet dies xxx. luna xxix.

	KAL.			
	g			
xi	A	iiii nonas		
	b	iii		Finis vii embolismi.
xix	c	ii	Ambrosii episcopi et confessoris simpl.	Finis vi embolismi.
viii	d	Nonis		
xvi	e	viii idus		
v	f	vii		
	g	vi		
xiii	A	v		
ii	b	iiii		
	c	iii		
x	d	ii		
	e	Idibus		
xviii	f	xviii	kal. maii. Tyburtii, valeriani et maximi mart. iii lect.	
vii	g	xvii		Claves rogationum.
	A	xvi		
xv	b	xv		Sol in tauro.
iiii	c	xiiii		
	d	xiii		
xii	e	xii		
i	f	xi		
	g	x		
ix	A	ix	Georgii martyris simpl.	
	b	viii		
xvii	c	vii	Marci evangeliste. semidupl.	Ultimum pascha.
vi	d	vi		
	e	v		
xiiii	f	iiii	Vitalis martyris iii lect.	
iii	g	iii	Beati petri martyris de ord. praedic. totum dup.	Claves pent.
	A	ii		

Hore noctis x. Diei xiiii.

MAIUS

habet dies xxxi. luna xxix.

		KAL.		
xi	b		Philippi et iacobi apostolorum	semid.
	c	vi nonas		
xix	d	v	Inventio sancte crucis. semid. Alexandri, eventii, et theodoli martyrum mem.	
viii	e	iiii	Festum corone domini.	simpl.
	f	iii		
xvi	g	ii	Johannis ante portam latinam.	semid.
v	A	Nonis		
	b	viii idus		
xiii	c	vii		
ii	d	vi	Gordiani et epimachi martyrum	iii lect.
	e	v		
x	f	iiii	Nerei, achillei, et pancratii martyrum	iii lect.
	g	iii		
xviii	A	ii		
vii	b	Idibus		
	c	xvii	kal. iunii.	
xv	d	xvi		
iiii	e	xv		Sol in geminis.
	f	xiiii	Potentiane virginis. mem.	
xii	g	xiii		
i	A	xii		
	b	xi		
ix	c	x	Translatio beati dominici	totum dupl.
	d	ix		
xvii	e	viii	Urbani pape et martyris.	iii lect.
vi	f	vii		
	g	vi		
xiiii	A	v		
iii	b	iiii		
	c	iii		
xi	d	ii	Petronille virginis.	mem.

Hore noctis viii. Diei xvi.

IUNIUS

habet dies xxx. luna xxix.

	e	KAL.			
xix	f	iiii nonas	Marcellini et petri martyrum	iii lect.	
viii	g	iii			
xvi	A	ii			
v	b	Nonis			
	c	viii idus			
xiii	d	vii			
ii	e	vi	Medardi episcopi et confessoris	mem.	
	f	v	Primi et feliciani martyrum	iii lect.	
x	g	iiii			
	A	iii	Barnabe apostoli	semid.	
xviii	b	ii	Basilidis, cyrini, naboris, et nazarii martyrum	iii lect.	
vii	c	Idibus			
	d	xviii	kal. Iulii.		Solsticium aestivale.
xv	e	xvii	Viti et modesti martyrum	mem.	
iiii	f	xvi	Cyrici et iulite martyrum	mem.	
	g	xv			Sol in cancro.
xii	A	xiiii	Marci et marcelliani martyrum	iii lect.	
i	b	xiii	Gervasii et prothasii martyrum	simpl.	
	c	xii			
ix	d	xi			
	e	x			
xvii	f	ix		Vigilia.	
vi	g	viii	Nativitas sancti johannis baptiste.	dupl.	
	A	vii			
xiiii	b	vi	Johannis et pauli martyrum.	simpl.	
iii	c	v			
	d	iiii	Leonis pape et confessoris	mem. Vigilia.	
xi	e	iii	Apostolorum petri et pauli	dupl.	
	f	ii	Commemoratio sancti pauli.	semid.	

Hore noctis vi. Diei xviii.

IULIUS
habet dies xxxi. luna xxx.

		KAL.		
xix	g		Octava sancti johannis baptiste	simpl.
viii	A	vi nonas	Processi et martiniani martyrum	mem.
	b	v		
xvi	c	iiii		
v	d	iii		
	e	ii	Octava apostolorum petri et pauli.	simpl.
xiii	f	Nonis		
ii	g	viii idus		
	A	vii		
x	b	vi	Septem fratrum.	iii lect.
	c	v		
xviii	d	iiii		
vii	e	iii		
	f	ii		Dies caniculares.
xv	g	Idibus		
iiii	A	xvii	kal. Augusti.	
	b	xvi		
xii	c	xv		Sol in leone.
i	d	xiiii		
	e	xiii	Margarete virginis et martyris.	simpl.
ix	f	xii	Praxedis virginis	iii lect.
	g	xi	Marie magdalene	semid.
xvii	A	x	Apollinaris episcopi et martyris	iii lect.
vi	b	ix	Christine virginis et martyris	mem.
	c	viii	Iacobi apostoli	semid. cristofori et cucufatis martyrum mem.
xiiii	d	vii		
iii	e	vi		
	f	v	Nazarii, celsi et pantaleonis, martyrum	iii lect.
xi	g	iiii	Felicis, simplicii, faustini et beatricis martyrum	iii lect.
xix	A	iii	Abdon et sennen martyrum	iii lect.
	b	ii	Germani episcopi et confessoris	iii lect.

Hore noctis viii. Diei xvi.

AUGUSTUS

habet dies xxxi, luna xxx.

		KAL.		
viii	c		Ad vincula sancti petri. simpl. sanctorum machabeorum martyrum mem.	
xvi	d	iiii nonas	Stephani pape et martyris	iii lect.
v	e	iii	Inventio sancti stephani	simpl.
	f	ii		
xiii	g	Nonis	Beati dominici confessoris	totum dupl.
ii	A	viii idus	Sixti pape felicissimi et agapiti martyrum	mem.
	b	vii	Donati episcopi et martyris	mem.
x	c	vi	Cyriaci sociorumque eius martyrum	mem.
	d	v		Vigilia.
xviii	e	iiii	Laurentii martyris	semid.
vii	f	iii	Tiburtii martyris	mem.
	g	ii	Octava sancti dominici	simpl.
xv	A	Idibus	Hippolyti sociorumque eius	simpl.
iiii	b	xix	kal. Sept. Eusebii presbyteri et confessoris	mem. Vigilia.
	c	xviii	Assumptio beate marie virginis	totum dupl.
xii	d	xvii		
i	e	xvi	Oct. sancti laurenti.	simpl.
	f	xv	Agapiti martyris	mem. Sol in virgine.
ix	g	xiiii		
	A	xiii	Bernardi abbatis	simpl.
xvii	b	xii		
vi	c	xi	Oct. sancte marie. simpl. Timothei et Symphoriani martyrum mem.	
	d	x		
xiiii	e	ix	Bartholomei apostoli.	semid.
iii	f	viii		
	g	vii		
xi	A	vi	Rufi martyris	mem.
xix	b	v	Augustini episcopi et confessoris.	Totum dupl.
	c	iiii	Decollatio sancti johannis baptiste. simpl. sabine martyris mem.	
viii	d	iii	Felicis et adaucti martyrum	mem.
	e	ii		Finis quinti embolismi.

Hore noctis x. Diei xiiii.

SEPTEMBER

habet dies xxx, luna xxx.

	KAL.			
xvi	f		Egidii abbatis	mem.
v	g	iiii nonas		Incipit ii. embolismus.
	A	iii		
xiii	b	ii	Oct. sancti augustini. simpl. Marcelli martyris	mem.
ii	c	Nonis	Anniversarium familiarium et benefactorum ordinis nostri.	
	d	viii idus		
x	e	vii		
	f	vi	Nativitas sancte marie virginis.	tot. dupl.
xviii	g	v	Gorgonii martyris	mem.
vii	A	iiii		
	b	iii	Prothi et iacinthi martyrum	mem.
xv	c	ii		
iiii	d	Idibus		
	e	xviii	kal. octob. Exaltatio sancte crucis. semid. Cornelii et cipriani martyrum mem. Equinoctium autumnale.	
xii	f	xvii	Oct. sancte marie. simpl. Nicomedis martyris	mem.
i	g	xvi	Eufemie virginis et martyris	iii. lect.
	A	xv	Lamberti episcopi et martyris	mem. Sol in libra.
ix	b	xiiii		
	c	xiii		
xvii	d	xii		Vigilia.
vi	e	xi	Mathei apostoli et evangeliste	semid.
	f	x	Mauritii sociorumque eius martyrum	simpl.
xiiii	g	ix		
iii	A	viii		
	b	vii		
xi	c	vi		
xix	d	v	Cosme et damiani martyrum	simpl.
	e	iiii		
viii	f	iii	Michaelis archangeli	dupl.
	g	ii	Jheronimi presbyteri et confessoris.	simpl. Finis secundi embolismi.

Hore noctis xii. Diei xii.

OCTOBER
habet dies xxxi, luna xxix.

		KAL.		
xvi	A		Remigii episcopi et confessoris.	iii lect.
v	b	vi nonas	leodegarii episcopi et martyris	mem.
xiii	c	v		
ii	d	iiii	Francisci confessoris.	simpl.
	e	iii		
x	f	ii		
	g	Nonis	Marci pp. et conf. iii. lect. sergii et bacchi, Marcelli et Apuleii martyrum. mem.	
xviii	A	viii idus		
vii	b	vii	Dionisii sociorumque eius martyrum. simpl.	
	c	vi	Anniversarium omnium fratrum ordinis nostri.	
xv	d	v		
iiii	e	iiii		
	f	iii		
xii	g	ii	Calyxti pape et martyris	mem.
i	A	Idibus		
	b	xvii	kal. novembris.	
ix	c	xvi		
	d	xv	Luce evangeliste	semid. Sol in scorpione.
xvii	e	xiiii		
vi	f	xiii		
	g	xii	Undecim millium virginum et martyrum.	mem.
xiiii	A	xi		
iii	b	x		
	c	ix		
xi	d	viii	Crispini et crispiniani martyrum	mem.
xix	e	vii		
	f	vi		Vigilia.
viii	g	v	Symonis et Iude apostolorum.	semid.
	A	iiii		
xvi	b	iii		
v	c	ii	Quintini martyris mem.	Vigilia.

Hore noctis xiiii. Diei x.

NOVEMBER
habet dies xxx, luna xxix.

	KAL.			
	d		Festivitas omnium sanctorum.	totum dupl.
xiii	e	iiii nonas	Commemoratio omnium fidelium defunctorum. Incipit v. embolismus.	
ii	f	iii		
	g	ii		
x	A	Nonis		
	b	viii idus		
xviii	c	vii		
vii	d	vi	Quatuor coronatorum martyrum	iii. lect.
	e	v	Theodori martyris	iii. lect.
xv	f	iiii		
iiii	g	iii	Martini episcopi et confessoris. semid. Menne martyris mem.	
	A	ii		
xii	b	Idibus	Britii episcopi et confessoris.	mem.
i	c	xviii	kal. decembris.	
	d	xvii		
ix	e	xvi		
	f	xv		Sol in sagittario.
xvii	g	xiiii	Oct. sancti martini.	simplex.
vi	A	xiii	Sancte elysabeth	mem.
	b	xii		
xiiii	c	xi		
iii	d	x	Cecilie virginis et martyris.	simpl.
	e	ix	Clementis pape et martyris.	simpl.
xi	f	viii	Crisogoni martyris	mem.
xix	g	vii	Katherine virginis et martyris	semidupl.
	A	vi		
viii	b	v	Vitalis et Agricole martyrum,	mem.
	c	iiii		
xvi	d	iii	Saturnini martyris	mem. Vigilia
v	e	ii	Andree apostoli	semid.

Hore noctis xvi. Diei viii.

DECEMBER

habet dies xxxi, luna xxx.

KAL.

	f				Finis v. embolismi.
xiii. ii.	g	iiii nonas			Incipit primus embolismus.
	a	iii			
x	b	ii			
	c	Nonis			
xviii	d	viii idus	Nicholai episcopi	semid.	
vii	e	vii	Octava sancti andree	mem.	
	f	vi			
xv	g	v			
iiii	a	iiii			
	b	iii	Damasi pape et confessoris.	mem.	
xii	c	ii			
i	d	Idibus	Lucie virginis et martyris	simpl.	
	e	xix	kal. Ianuarii.		
ix	f	xviii			Solsticium hyemale.
	g	xvii			
xvii	a	xvi			O sapiencia.
vi	b	xv			Sol in capricorno.
	c	xiiii			
xiiii	d	xiii			
iii	e	xii	Thome apostoli	semid.	
	f	xi			
xi	g	x			
xix	a	ix			Vigilia.
	b	viii	Nativitas domini nostri ihesu christi.		totum duplex.
viii	c	vii	Stephani prothomartyris.		totum duplex.
	d	vi	Johannis apostoli et evangeliste		totum duplex.
xvi	e	v	Sanctorum innocentium		simplex.
v	f	iiii	Thome episcopi et martyris.		simplex.
	g	iii			
xiii	a	ii	Silvestri pape et confessoris.	simpl.	Finis i embolismi.

Hore noctis xviii. Diei vi.

INDEX

ORDINARIUM.

---

(1) In hoc capite inveniuntur descripta omnia Officia de Tempore totius anni cum suis rubricis et coeremoniis (Nis 14-245) et Officium Dedicationis Ecclesiae et Anniversarii ejusdem (Nis 246-251).

---

(1) In hoc capite inveniuntur descripta omnia Officia de Sanctis totius anni (Nis 307-346 et 351-453); Officia de Communi Sanctorum, sive Tempore Paschali (Nis 347-350), sive extra Tempus Paschale (Nis 454-460); Memoriae faciendae (Nis 461-463); Officium et memoria de Beata Virgine in Sabbatis (Nis 464, 465 et 467); Canticum Graduum (N° 466); Officium quotidianum Beatae Virginis (Nis 468-472)

(2) In hoc capite inveniuntur descriptae, cum rubricis et coeremoniis propriis, omnes Missae totius anni tum de Tempore (Nis 572-722); tum de festo et Anniversario Dedicationis (Nis 887-724); tum de Sanctis, sive propriae (Nis 725-872) sive de Communi (Nis 873-878). Inveniuntur insuper Missae votivae (Nis 879-886); Orationes variae (Nis 887-901); Missae pro Defunctis (Nis 902-906); denique omnes Sequentiae cantandae in Sabbatis, quando de Beata Virgine agitur (N° 907).

APPENDIX.

ERRATA-CORRIGE.

Pagina	Numero	Linea	ERRATA	CORRIGE
20	76	23	versiculis	versiculus
49	176	22	responsorium	responsoriorum
60	218	29	*Vide Dominum*	*Vidi Dominum*
61	231	33	*qui abundantiam*	*qui abundantia*
65	254	26	Beati Patri Martyris	Beati Petri Martyris
72	290	31	abique	ibique
74	296	21	versi ulis	versiculi (versiculus ?)
76	299	7	evonerint	evenerint
83	328	18	*Sacram*	℟. *Sacram*
83	328	25	*Cuius*	℣. *Cujus*
87	345	15	Cetera et suprà.	Cetera ut supra.
87	348	33	sive simplex	sive supra
88	355	33-34	*Exsultet. Claro*	*Exsultet claro.*
90	363	35	Vesperis.	Vesperis. Ad *Magn.* a.na *O* speculum
93	379	34	*Sanctus Paulùs ℣ Ut digni. Gloria.*	*Sancte Paule. ℣. Ut dignī. Quī te. Gloria.*
96	388	4	Appollinari	Apollinaris
100	414	11	*Nec satiabitur*	*Nec satiabatur.*
101	422	37	*Ad Magn. Crux fidelis.*	*Ad Magn.* a.na *Crux fidelis*
106	443	32	Sanctorum Quatuor Coronatorum.	Sanctorum Quatuor Coronatorum Martyrum.
108	450	7	Sancti Gorgonii Martyris	Sancti Chrysogoni Martyris.
130	503	5	fiat	fiant
133	510	24	*Memoria*	*Memoriam*
135	518	3	usque ad Ascensionem,	*add:* et in Sabbato infra octavam Ascensionis, item
140	542	24	secunda de Dominica	secunda *Deus a quo sancta*

Pagina	Numero	Linea	ERRATA	CORRIGE
145	551	9	nisi pro Defunctis.	nisi pro Defunctis, vel communes pro vivis et defunctis.
146	555	22	duo vel quatuor cantat	duo vel quatuor cantant
146	555	26	responsorium	responsoriorum
153	591	29	Epist. *Memini*	Epist. *Nemini.*
154	597	32	incipiente Priore a.na	incipiente Priore a.nam
155	599	31	acqua	aqua
159	616	9	℟. *Facta*	℟. *Jacta.*
161	631	8	Tractus *Sanctificabo.*	Lectio *Sanctificabo.*
169	651	26	ad manum lotionem	ad manuum lotionem
172	654	23	*Omnipotens sempiterne in cujus*	*Omnipotens sempiterne Deus in cujus*
175	657	27	dicat oratione	dicat orationem
180	678	34	incipiat a.na	incipiat a.nam
189	722	6	sunt viginti	sunt viginti tria
191	730	4	*Afferentur*	*Offerentur.*
194	753	21	Et ceteris eunctibus	Et ceteris euntibus
207	855	22	Mihi autem	Qui timet
211	878	7	*Specie.*	℟. *Specie.*
211	878	12	*regnum caelorum virginibus*	*regnum caelorum decem virginibus*
250	132	10	dicendo non andiatur	dicendo non audiatur
250	133	13	sed cito rece dat	sed cito rece dat

125094

BQT
4273
.07
D66
Catho
Ord

Catholic Church. Liturgy and ritual.
Dominican.

BQT
4273
.07
D66

Ordinarium juxta ritum sacri
Ordinis...

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA